Zaborowski

Autor Stanislaus
Zaborowski
Janociana I. 306
Jan. IV. 153.
ubi varietas editionis (excerpta) esse videtur

Vidi exemplar, in quo G5 f.v. hec sunt typis exscripta: „De natura jurium et bonorum Regis et de reformatione regni &c. Finit tractatus quem in lucem edidit Stanislaus Zaborowskij. R. Polonie thesauri Notarius. In reliquis ab hoc exemplari non differt nam est eadem editio.

Stąd widać, że obecna k. G_6 nie należy do pierwotnego egzemplarza.

Tractatus de natura iuriū ꝛ bonoꝝ regis. Et de reformatione regni ac ei⁹ reipub. regimine



Nicolaus Crepel Posnaniensis dicitur author esse
istius tractatus. Canonicus Crac. et
multarum Ecclesiarum dignus Epitaphiū
Nec caperet titulos ista tabella vetes.
Summi Papae dederant ille propria manu.

Quid Juris

Casus talis ē. Reges. R. Polonie

quasdam fecerunt alienationes iurium. Et bonorum regaliū. Quedam em̄ titulo venditionis alienauerunt. Quedam titulo donationis. Quedā titulo obligationis. ꝛc̄

Diuisio huius Tractatus

Presens compendiū seu tractatus principali sui diuisione diuiditur in quatuor partes. Quarū prima ostendit. an alienationes bonoꝝ regni per reges facte valeant. vel non. Scd̄a ponit conditiones. ad alienatiōes dictorū bonoꝝ requisitas. Tercia an indebite alienata prescribi possint declarat. Quarta vero et vltima quō et qn̄ indebite. sic vt premissum est. alienata a regno repeti possint. ac etiā quō vsurpatores et detētores ipsi dictorum bonoꝝ ad restitutionē cōpelli debeant demonstrat. Alijs quibusdam paucis scitu dignis intersertis

Tractat' quadrifidus de natura Jurium et bonorum regis. Et de reformatione regni ac eius reipublice regimine incipit feliciter

§.1. Gemitus et planctus pauperū plurimus. magnis aggrauatorum tributis ac regni vastatio: me coegerunt. vt hunc tractatū in lucē ederē. In quo primū videndū erit. an per reges facte regaliū bonoꝝ alienationes per quas regnū ruinā equidē maximā sensit. valeant. vel non. Pro cuius quidē dubij decisione ſm sententiam iuris vtriusqꝫ doctorū ponitꝰ cōclusio talis. Non possunt reges. nec duces regni. nec alij bona regni seu dignitatis sue. quouis modo alienare aut disponere in enorme regni preiudiciū. Et si de facto contrafecerunt. debent ea reuocare nō obstante iuramento et quouis pacto. si qđ prestitissent de nō cōtraueniēdo Tale enī iuramentū veluti temerariū non artaret. quia esset contra id ad quod tenebanꞇ scꝫ ad nō alienandū. Et ideo nō seruandum: vt notat Anthonius de Butrio in capitulo Intellecto de iureiurādo. Ratio nāqꝫ ē euidēs quia regaliū alienatio bonorū. nō dicitur esse in solius ꝑiudiciū regis sed regni: vt dicit textus in dicto. c. Intellecto. Et iuramentum ēqđ libet pactum tendens in alterius preiudiciū qꝫ iurantis aut pactum facientis. non est seruandum: Patent hec ex nota. c. Cum contingat de iureiurando. Et de pactis. c. Pleriqꝫ. et. c. Veniens de transac. Unde ex his pretactis iuribus manifeste liquet ꝙ iuramenta. et queuis pacta seu cōtractus in alterius preiudicium facta nihil valent. Et ideo qđ male gestū est reuocare debent. Et si non reuocarent contra honorem suū et corone regalis facerēt. vt est expressum in. d. c. Intellecto. Et in. c. Grandi de sup. neg. prela. li. vj. Et ē aduertendū ꝙ hoc procedit siue Rex in coronatiōe sua iurauerit non alienare iura et bona regni. siue nō iurauerit: vt nō. do. an. in. d. c. Intellecto. Et angelus de Clauasio ī sua summa. v. Juramētū v. §. xxij. Et est casus in dicto. c. Grandi. vbi de nullo iuramento presupponitur et tamen alienata reuocantur 2 §

¶ Nec ad dictam alienationem

validandā prodest consensus prelatorum seu procerū regni: vt patet in

d.c.Grandi. Ubi sanctissimus mādat proceribus et Baronibus q̄ au-
xilium prebeant ad alienata reuocanda. Per qđ datur intelligi q̄ nec ipsi
possunt aut debent alienationi consentire. In nullo em̄ iure cautū repe-
ritur. vt cōsensus procerum illegittimā regni alienationē roboret. Imo
eadem ratio. que prohibet regē alienare. Prohibet etiā et proceres con-
sentire. Ideo autem prohibet̄ rex alienare. quia tenetur iura regni et ho-
norem corone illibata s̄uare. vt dicit textus in. d.c. Intellecto. Et ad idē
tenent̄ proceres. qui debēt regi prestare auxiliū. consiliū. et fauorē. pro vti
litate et honore corone ad iura regni conseruanda et perdita recuperāda
vt dicit textus in. d.c. Grandi. Cum igit̄ sit in eis eadem ratio. debet esse
eadem in eis iuris dispositio: ff. ad. L. Aquiliā. L. Illud. Et de consti. c.
Translato cum suis cōcordantijs. Et qđ plus est: vt dicit paulus de Ca
stro Consilio. lxx. Si consensus omniū regnicolarum etiā adesset. dictā
alienationē nō validaret. in enorme preiudicium posterorum illorū con
sentientiū. Et taliter dictū suū probat dicens. Constitutio regni seu mo-
narchie. que dicitur fuisse facta de iure gentium. sibi reges instituentium:
ff. de Iustitia et iure. L. Ex hoc iuregentiū. Non solum fuit facta ꝓ illis.
qui in alienationem consenserunt. sed etiam posteris eorū. licet ergo illi.
potuerint consentire in suū preiudicium: ff. de lega. j. l. Nihil. §. omnibꝰ.
Non tamen potuerunt consentire in preiudicium suorum posterorum
qui posteri non erant habituri ab illis consentientibus. sed a primis ꝓ
genitoribus qui regnū seu monarchiā: vt dictū est: cōstituerunt. et a iure
gentium: textus est notabilis de hoc. ff. de interdictis et rele. l. Cum qui ci
uitatem. Non em̄ possunt parentes auferre posteris suis qđ ipsi eis nō
dederunt. sed primi progenitores: ff. de Senato. L. Emancipatum in fi.
ff. de in ius vocando. L. Adoptiuum. Sed vnionē regni ad tuendum se ⁊
posteros suos dederunt primi progenitores regnum constituentes.
Igit̄ ab alijs non potuit auferri: ff. de ritu Nuptiarum. L. Generali in fi.
ff. de iure patrona. L. diui fratres. Nec ille. Cuiꝰ doctoris dicti ⁊ legum
per ipsum in eius probatione hic adductaꝝ. glo. in dicta. L. Generali ex
diuino iure. reddit rationē. Quia filius non portat iniquitatem patris. ⁊
illi nō nocet. j. q. iiij. Iudei. Sic posteris seu successoribus suorum prede-
cessorum illegittime alienationis culpa obesse nō debet: facit: ff. de penis.
L. Criimen cum suis cōcordancijs. Et hoc est regulare. Specialia sunt
vt in crimine lese Maiestatis. C. ad. l. Iuliā maiestatis. l. Quisquis. Et. vj
q. j. c. Si quis. In heresi: vt. c. Uergentis in fine. de hereticis. In vsucap.
rei viciose: ff. de diuersis prescrip. l. Cum heres. Et sic de alijs casibꝰ in spe

cialibus iurib⁹ expssis Ubi culpa pdecessoꝝ nocet successori. iij.§.

¶ Cum autem regna iuregentiũ ad se tuendum instituta sint. Igitur bona regni seu regia illorum. a qb⁹ vel pro quibus sunt instituta esse censentur. Vñ rex non dominus ipoꝝ Sed administrator censendus est ar. de dona. c. Fraternitatem. et. xij. q. j c. vltimo. Igitur rex conditionem regni meliorare potest. facere vero deteriorem non debet. ſm Bal. in proemio de vsufeudorum ar. c. Requisiuit de in integrũ resti. ff. pro emptore. l. Qui fundum. § Si tutor. Et si q̃ sint deteriorata in pristinum debent reduci statum. non obstantibus rescriptis regum seu priuilegijs. Quia talia sunt preiudicatiua iuri alieno qđ esse nõ debꝫ de rescriptis. c. Quũuis. li. vj. et. xxv. q. ij. c. Rescripta. Priuilegia eñ principum nõ debent esse preiudicatiua alicui tercio: q̃a licet princeps donet. aut vendat. aut quocunqꝫ aliomodo illegitime alienet bona regni. posset sufferri in preiudicium alienantis. non tamen in preiudicium tercij. quia quodlibet priuilegiũ intelligitur sine preiudicio iuris alieni: vt patet in c. Patentibus de priui. ff. Ne quid in loco publico fiat. l. Pretor ait. §. Si quis a principe cũ suis cõcordãcijs. Nec p̃nceps priuilegium dare potest. vt dicit glo. in. d. c. Rescripta. xxv. q. ij. Per qđ prestatur imunitas a tributis. C. de vecti. l. Quicquid. Nec dare potest priuilegium contra rempublicã. vt dicit Bar. C. Si con. ius. vel vti. pub l. fi. Uel qđ esset contra ius. xxv. q. ij. c. Imperiali. Quibus aplus concordans ait. Non eñ volumus vt alijs sit remissio. vobis autẽ tribulatio. ij. ad Corinthios. viij. quibus etiam sacra lex principũ concordans ait. Rescripta contra ius elicita ab omnibus iudicibus precipimus refutari nisi forte aliqđ qđ non ledat alium. et prosit petenti. vel crimẽ suppli cantibus indulgeat Item constitutio imperatoris ad populum nec dãnosa fisco nec iuri contraria postulari oportet. xxv. q. j. c. Ideo. Nisi forte talia priuilegia modicam contineant lesionem. et qđ in prefatis iuribus dicitur intelligendum est de enormi lesione. quia modicam lesionem bñ potest prestare priuilegium principis: vt patet de. verb. signi. c. Quid per nouale. Uel etiam si ex post facto incipiat enormiter ledere statim non valet vt patet de decimis. c. Suggestum. Quãcito eñ priuilegiũ recedit ad iniquitatem statim non valet. vt. ff. de vulgari et pupil. l. Ex facto. et p successores potest. Et debet tale priuilegium cassari. lx. iij. distin c. Quia sancta §. verũ in fi Et ꝙ hoc possit patet quia ipsa priuilegia dicunt̃ esse quedam priuate leges ab ipso principe concesse. d. c. Ideo. Sed p̃nceps

rationabili ex causa legibus seu constitutionibus suis et antecessorum suorum derogare potest. vt dicit glo. in prohemio decretaliũ v. Resecatis. l. princeps. ff. de legibus. et de elec. c. Innotuit. §. Quãuis. Ergo et priuilegijs hoc ipsum facere potest et maxime illis que sunt preiudicatiua reipub. de quorum numero sunt etiam priuilegia super illegitimas regaliũ alienationes p reges in preiudiciũ totius regni factas. vt est expressum in d. c. Intellecto. qd reges facere nõ potuerant tãq administratores et tutores ac conseruatores regni quibus dispensatio sed non dissipatio cõmissa est ar. d. c. Fraternitatem. et. ff. de dona. l. Filiusfamilias. Vnde etiã sancta Birgitta regina Suecie mulierum deuotissima scribit. Qz deus omnipotens hec verba sibi dixerit in quadã reuelatione In regno quodam (inquit) seruabatur corona pertinens ad regem. populus ita considerans se non posse stare sine rege Elegerunt sibi regem tradẽtes coronã regi electo. custodiendam. et recõsignandã regi futuro. Si igitur iste Rex sic electus. aliquã partem de corona alienare vel diminuere vellet. certe rex futurus repetere posset et deberet. quia nulla diminutio debet esse in corona. Nec rex diminuere vel alienare potest coronam regni. nisi forte rationabili causa ad dies suos. Quid enĩ est corona. nisi potestas regalis. Quid vero regnum. nisi populus ei subiectus. Quid vero rex. nisi mediator et conseruator regni et populi. Ergo conseruator et defensor corone nequaquam dimidiare debet. vel diminuere coronam in preiudicium futuri regis. Respondit sponsa. Quid si rex ex necessitate seu violentia cogeretur alienare partẽ corone. Cui deus Si (inquit) duo homines essent discordantes. alterq; potentior. nollet dare gratiã nisi abscinderet digitus alterius. cuius esset digitus abscisus nisi eius qui damnum passus est. Sic etiam est de regno. Si rex aliquis propter necessitatẽ vel captiuitatẽ diminueret partem aliquã de regno. certe rex futurus repetere potest. qa rex nõ dominus corone est sed rector. nec necessitas facit legẽ. Respõdit illa. Quid si rex alicui domino concessisset ad dies suos partem aliq; corone. mortuoq; rege. dominus ille et successores sui detinerent concessa tanquã propria. nũquid repetenda essent Cui dominus Vtiq; terra illa redire debet ad legitimum dominũ. Hec illa li. iiij. ca. iij. suarum reuelationum facit ad idem. l. Cum hij. §. Si pretor. ff. de transac. Et. l. presco. C. eo. ti. Vnde et glo. in dicta. l. Cum hij. § Si pretor in v. Donãda. Qui debet. inquit. aliquid curare non debet illud donare. Hinc etiã Alexãder de Imola. in. l. Prohibere. §. Plane. ff. Qd vi aut clam. Ad idẽ cõfirmãdũ recitat verba Baldi qui in ti. de pace constan. dicit Qz princeps nec per

contractum. nec alio modo potest regalia concedere in preiudicium successorum. quia sicut non potest iura eorum subuertere ita nec potest ea diminuere. Adde quod no. Cy. in l. Digna vox. C. de legib⁹. Hec ille. iiij. §

¶ Unde dubium residet in hoc.

An rex possit donare aut quouis modo alienare bona regni pro libitu voluntatis sue ex causa pia. puta locis religiosis seu ecclesijs. quia ea nulla alia alienationis causa videtur esse maior ar. in l. Sunt persone. ff. de religi. Et l. Seruitutes. ij. §. Sacri. ff. de seruitutibus Et in hoc passu doctores concludunt. Quod aut ex tali donatione non surgit regno grauis lesio. Et sic valet talis donatio: quia principibus et regib⁹ iusta causa motis speciale et proprium est donare. ff de administratione. tuto. l. Cum plures §. penultimo Ad hoc facit. c. j. De donationibus Et isto modo possunt intelligi omnia iura loquentia de donationibus regum factis ecclesijs. quod plurimum conducit religioni christiane. Cuius ratio patet de Elec. c. Fundamenta. §. Ne autem li. vj. Aut ex tali donatione surgit grauis et enormis lesio regno. et sic non valet: vt est textus notabilis in. d. c. Intellecto de iureiurando. et. d. c. Grandi. de sup. neg. prela. li. vj. Ad idem facit dictum c. Fraternitatem. c. pastoralis Et. c. Apostolice de dona. Hec sunt conclusiones. Inno. Hosti. et Panor. in. d. c. Intellecto Et Jo. mo. et Jo. an. in. d. c. Grandi super glo. v. Licet. Et speculatoris de Instrumentorum editione. §. Nunc autem in fi. Et pau. de ca. vbi supra. Unde etiam Bartholus legistarum princeps in. l. Prohibere. §. plane. ff. quod vi aut clam Si rex alienaret. inquit. aliqua quorum donatio esset in magnam diminutionem iurisditionis regalis non posset hoc facere etiam si iuramento donationem firmaret casus est in. c. Intellecto de iure iurando. Sed si donaret aliqua que non diminuerunt ita iurisditionem suam. valeret et donatio facta a rege preiudicaret successori in regno casus est in. c. Abbate sane de re iudica. li. vj. Hec ille. Sic et Episcopus non potest multa bona ex quorum alienatione ecclesia sua grauiter lederetur donare. sed modica sic patet i. d. c. Fraternitatem. et. d. c. apostolice. v. §

¶ Et si dicatur. Licet rex solus non possit donare bona regni. per quam donationem regnum grauiter lederetur. tamen potest vna cum prelatis seu proceribus regni secum iunctis. quia videtur quod tota dispositio regni sit penes istos cum quodam modo sint domini regni. sed ex quo in istis interuenit. aut interuenerit consensus illorum valet donatio. cuiuscunque quantitatis existat Sed ad hoc respondent doctores Quod rex non est dominus bonorum et iurium regni sed prepositus et administrator: vt patet ex

supradictis iuribus. et hoc expresse dicit Panor. in. d. c. Intellecto. ⁊ pau de ca. vbi supra. Unde rex iurat non alienare bona regni vt dicitur in. d. c Intellecto. Ergo patet ꝙ non sunt sua quia si essent sua posset alienare pro libitu voluntatis. quia quilibet rei sue moderator est et arbiter. et nihil tam conueniens est naturali equitati quã voluntatem domini volẽtis rem suam in alium transferre ratam haberi: insti de. re. di. §. per traditionem. Habet autem rex bonorum regni liberã administrationem. sed sua non sunt. licet aliqua leuia donare possit. iusta tamen causa motus. ff de admi tu. l. Cũ plures. §. penultimo. Sicut dicimus de prelato ecclesie d. c. apostolice. Ceterum licet habeat aliqualiter ampliorem administrationem ꝙ prelatus ecclesie. Si ergo ipse solus nõ est dñs. nec graues donationes facere potest nec etiam poterit cum proceribus regni sui. quia illi assistunt principi et regi quo ad consilia sui consistorij. C. ad. l. Juliã maie. l. Quisquis cũ militibus: et patet de iure iura. c. Quãto. Et probat textus in. d. c. Grandi iuncta sibi superscriptione cum textu in ṽ. Impendentes sibi Ergo patet ꝙ coniunctio procerum in tali alienatione cõcernente enorme damnũ regni nõ potest illam validare. quia talis ꝯiũctio nõ tribuit regi ampliorem administrationem ꝙ haberet de iure. sicut dicimus in simili in prelato ecclesie et eius capitulo. cõiũctio capituli facta sibi. nõ validat alienationẽ bonorũ ecclesie nõ respicientẽ vtilitatẽ ipsius xij. q. ij. c. Sine exceptione. et. c. Tua nuper. de his que fi. a pre. Sicut non valuisset si fecisset solus. et sic patet ꝙ consensus procerum seu consiliariorum non validat alienationem que de iure est inualida. Et qð plus ẽ vt supra est ostensum per pau. de ca. Si consensus omnium regnicolarũ etiam adesset illam alienationem non validaret in enorme preiudicium posterorum

Sequitur secũda pars huius tractatus que ponit conditiones ad regaliũ alienationes bonorũ requisitas ꝗbusdã scitu dignissimis insertis.

Unde nota ꝙ ad alienationem validandam. de iure quinqꝫ conditiones requirũtur. j. §. ¶ Primo requiritur tractatus

scz an expediat vel non. Et qualiter fieri debeat. ostēdit glo. in. v. tractatu c. Tua nuper. de his que fi. a prela ij. §.

¶ Scdo consensus consilij. Dominus em̄ habens consilium. aut coadiutores. nihil eorū: ex quibus verisilr posset sequi dispendiū. potest disponere sine coadiutorum consensu. vt nō. de offici. iu. delega. in. c. Venerabili Et de cle. egro. c. fi. Nec is sufficit nisi assit cōmunitatis. qd̄ em̄ oēs tangit ab omnibus approbari debet: vt patet de regulis iuris. li. vj. ar. c. Constantinus ibi. Cum dr̄ Cuncto populo. et. d. c. Quanto ibi cū dr̄ assensu ppl'i de iureiur. Est em̄ istud (vt inquit Pau. de ca. vbi supra) ius publicum totius regni. non vnius tm̄ aut paucorum. ff. de pactis. l. Juspublicum. et l. Jurisgentiū. §. Si paciscar. et. l. Si vnus. §. Jtē ne experiar. et plene nō. in. l. Si quis in cōscribendo. C. eo. ti. Et nedū rex. Sed nec alter inferior dominus. potest terram suā. aut aliquā partē eius alienare sine cōsensu populi eiusdem terre vt nō. Jo. an. in. c. Dilecti de maio. et obe. q̄ fortius dixit quā hosti ibidē. Nam Hostieñ. dixit q̄ admittitur hominū cōtradictio Jo. an. dixit. Qz sine eorum consensu nō tenet alienatio. Et sic nō solum si cōtradicant. Sed etiam si nō cōsenciant non valet alienatio. Et specialiter quippe consensus interuenire debet. de quorū seruitute et status mutatione agitur: textus est in. l. Jnuitus. et. l. Generaliter. §. fi. ff. de cōmissarijs libertatibus Et Pau. de ca. vbi sup̄. Et de hoc etiā clare determinat Bal. Si de feu. con. fu. coll. x. Soluens questionē motam de rege Francie qui dicit. q̄ rex nō potest alienare vnā de ciuitatibus regni inuitis ciuibus. Nec idem Alexander de Jmola. sup. §. Plane. l. Prohibere ff. qd̄ vi aut clam. Vnde etiam Joānes Berthachinus in suo iuris repertorio in. v. Rex dicit. Rex nō potest alienare castellū vel ciuitatē inuitis hominibus castelli vel ciuitatis. Mutare em̄ dn̄m graue est ar. ff. Solu. matri. l. ij in p̄rin. Et hoc liquide determinat Bal: vbi sup̄ in. c. Jn generali. Et qui aggrauat subditū iniuriā ei facit. Dominus aūt id subditis nō debet inferre ad qd̄ ab eis repellēdū institutus ē. Et is nāqz cōsensus populorum debet esse spontaneus. alias nihil in effectu opa̱retur vt p̱batur. ff. quarum rex actio nō datur. l. j. §. que onerande in textu et glo. C de transac. l. Jnterpositas. iij. §.

¶ Tercio requiritur vt alienatio sit valida. q̄ fiat pro vtilitate regni. Et hec est causa institutionis regis ceterorumqz prelatorum. Vnde et potestas eorum solum se extendit de iure ad ea que cōmunitati seu subditis fauorabilia existunt Ergo si quid agerent quod esset oppositū. Omnino cōtra ius et in suarū periculū animarū facerent Talibus em̄ deus mortē minat̄ eternā dicēs.

De pastoribus qui pascebant semetipsos. Nonne greges a pastorib[9] pascuntur Ezechielis.xxxiiij. Aduertant quidem pastores qd eis preci- pitur. Eccli'a.xxxij Rectorem te posuerunt noli extolli. Esto in illis quasi vnus ex ipsis. curam illorum habe. Et.j.ad Corinth.x. Nemo qd suum e querat. sed quod alterius Vnde et phus.viij. Ethicorum dicit Prin- ceps seu rector debet se habere ad suos subditos sicut pastor ad oues. aut pater ad filios Hinc ait Tullius in li.offici. dicens Omnino qui rei pub. presunt duo Platonis precepta teneat. Vnum vt vtilitatem ciuiu sic tueantur. vt quicquid agant ad eam referant obliti comodorum suo Alterum vt totum corpus reipublice curet. ne dum parte aliqua tueant reliquas deserant. Vt em tutela sic procuratio reipub. ad eorum vtilitate qui commissi sunt. non ad eorum quibus comissa est gerenda est rc. vbi optime. de hoc Plutarcus In omnibus. inquit: exequenda sunt que hu milioribus id est multitudini copetunt Nam paucitas semper plurib[9] cedit. Et ea de causa sunt instituti magistratus: vt a subditis iniurie pro- pulsentur. Ipsaq respub. quasi illorum opificio calcietur Est enim quasi discalciata: quando iniurijs exponitur: quo nihil potest ignominius ee gerentibus magistratum Afflictus naq populus: quasi principis po- dagram arguit et conuincit Plato quoq dicit Cum in subiectos pote- stas seuit idem est. Ac si tutor pupillum persequatur: vel eu tu mucrone iugules: ob cuius defensionem ab eodem traditum tibi gladiu accepisti Ide i secularib[9] litteris fert dixisse Proinde e cu subditos opprimit ma- gistratus ac si caput corpis intumescat: vt a membris: aut oino aut sine molestia ferri no possit Insup Tullius de principatu Romano loques in li: pfato dicit Certu e fuisse aliqd tempus quo sine legib[9] id est rectori- bus viuebat At postq iuregetiliu possessiones ceperut diuidi: no alia de causa reges institnti suut: nisi iustitie seruade. Nam cu i inicio pmeretur multitudo ab his q maiores opes habebat ad vnu alique viru cofugie- bant virtute prestante: q phiberet iniuriari tenuiores: eqtate costituedo summos cu infimis pari iure ptingeret Cuq adhuc regnatibus regib[9] debiliores nonuq opprimerent: leges costitui placuit: q ad iudicandu no odio autgratia ducerent: sed tales inopi quales poteti pstaret aures quo fit vt leges no solu populu: s rege quoq obligare sciamus Et si rege cotemnere leges: rapere bona subdito: violare vgines stuprare matro- nas. et cetera illicita facere videamus nuqd illo summisso ali' sblimabit q et bn gubernare et legib[9] obtemperare sciat rc. Preterea audiant Chri- stiani qd sapietia diuina Jhesus Christus dns et saluator nr ad psona summi pastoris inquies pcipit oibus rectoribus dicens Pasce agnos meos. pasce oues meas. Joh. vl. Sz pch dolor qda co sue imemores salu

tis:ꝫ pceptū diuinū nō aduertētes suas oues:nō pascūt:⁊ qđ peiꝰ ē eas dilacerāt:qũibꝰ tributꝭ eas aggrauādo laborib' min' iustis affiiciēdo:puētus seu cēsus augmētādo.iura eaꝝ qbꝰ munite erāt abrogādo Aduocatos vl'Sculte tos eaꝝ iuriū cōſuatores seu defensores de ciuitatibꝰ ⁊ vill' delēdo:⁊ ea q̄ ꝑ cōi vsu hēbant.vt siluas pascua cāpos flumia. ⁊ hmōi ꝑ se vsurpādo et illiba efficiēdo:et qđ hoꝝ pessimū a lupis rapacibꝰ canibꝰ qꝫ voracibꝰ eas nō defendēdo.Et vt sit ḡ ad vnū dicē tota iustitia eas denudauerūt.Iā iaqꝫ nō ē:q̄ de eaꝝ ꝑmodo curet.etēm iā fere oēs nobiles seu rctōres suū ꝓpriū cōmodū ꝓcurāt:cōmodū suoꝝ postponētes ſbditoꝝ ꝓpter quoꝝ vtilitatē ꝓcurādā ipsi rectores.vt dictū ē istituti erāt Quare nihil miꝝ ꝙ oia ꝓfusa sunt aut ꝙ bonū cōe seu respub.regni ruat. Ruēte ēm fundamēto.necesse ē vt ruat ⁊ fundatū Bonū etēm cōe regni resultat ex cōi bono ciuitatū et villaꝝ Et ideo sūme necessariū ē vt i pmis de bono cōi singl'arit vniuscuiusqꝫ ville ciuitatꝭve ꝓuideat:i statū veꝫt p̄stinū eoꝝ redigēdo iura:⁊ ipoꝝ ꝑmodū sic̄ ꝓpriū itēdēdo.ac i ꝓsortio v̄tuoso eos fouēdo Hāc ēm intētionē habuerūt ātiq sapiētes p̄ncipes ⁊ nobiles amatores reipub.intēdētes cōmodū alienū sicut suū:⁊ magꝭ q̄ꝫ suū:vt recitat Tul.vbi sup:et Aug.i ep'la.xxviij.Sapiēs ēm inqt.nihil iudicat suū magis q̄ꝫ cuiusqꝫ illi cū hūano genere ꝓsortiū. Sꝫ stulta auaricia mortaliū possessionē discernit:et nec qcq̄ꝫ credit esse suū.qđ publicū ē ⁊c̄.idem Seneca ep'la.lxxv.Quibꝰ pbus.iij.poli.ꝓcordās ait. Quicūqꝫ intēdūt vtilitati cōi recti sunt ⁊ iusti.q āt intēdūt vtilitati ꝓprie viciosi sꝭ.et rectoꝝ politicoꝝ trāsgressores et labes.Et de talibꝰ vicios policie.diuinaꝝqꝫ legū trāsgressoribꝰ.deꝰ etiā eternā cōminās dānatiōes ait.Ve ei q multiplicat n̄ sua vsqꝫquo:⁊ aggrauat ꝯ se dēsum lutū:nūqd nō repēte ꝓsurgēt q mordeāt te.et suscitabūt lacerātes te.et eris i rapinā eis.qa tu spoliasti gētēs mltas Spoliabūt te oēs q relicti fuerit de ppl'is.ꝓpter sanguinē hoīs.⁊ iniqtatē terre ciuitatis ⁊ oīm habitantiū i ea.Ve q ꝯgregat auariciā malā domui sue.vt sit i excelso nidꝰ eiꝰ:⁊ liberari se putat de manu mali. Abacuk. ij. et Math.xxiiij.Audituri ēm estꝭ p̄lia et opiniōes p̄lioꝝ et post pauca seqt̄ rō.qm̄ abūdabit iniqtas ⁊ refrigescet charitas mltoꝝ:Et Amos.iij. Nescierūt facē rectū thesaurizātes iniqtatē:⁊ rapias i edibꝰ suis:ꝓpterea hec dicit dn̄s Tribulabit̄ ⁊ circuiet̄ terra:et detrahet̄ ex te fortitudo tua. ⁊ dirip̄et̄ edes tue:et Esaye.xxxiij.Ve q p̄daris nōne ⁊ ip̄e p̄daberis.Et q spernis nōne ⁊ ip̄e sperneris ⁊c̄.Videte ḡ ne ꝯtēnatꝭ vnū ex his pusillꝭ ait saluator nob christiāis pceptū tradēs Mathei.xviij. Iniustitijs ḡ p̄dictꝭ ⁊ pctis hoim nō obediētiū doctrīe euāgelice ⁊ trāsgrediētiū eiꝰ mādata. Hec oīa mala regno nr̄o ꝯtingētia sunt iputāda.patet hoc latius Deutronomij vicesimo octauo.Et Leuitici.xxvj.Esaye.j. Osee.vij. vbi dicitur. Ve eis

q̄ñ recesserunt a me vastabuntur. quia preuaricati sunt in me. Esdre. li iij ca. j. Qm̄ me dereliquistis. Et ego vos derelinquā. non quasi me dereliq̄stis sed vosipsos ꝛc̄ Ad Romanos. ij. Ira et idignatio tribulatio et angustia in omnē animā hominis operantis malum. Ad idē. xvj. q. j. Reuertimini. vij q. j. Sciscitaris. xxiij. q. iiij. Si quos et alijs capitulis ibidē vbi sufficienter patet causa omniū malorū. A contrario vero omnium causa bonorū clarissime exprimitur. Leuitici etiā vbi supra. vbi dr̄. Si in preceptis meis ambulaueritis et mandata mea custodieritis. absq̧ pauore habitabitis in terra vestra. dabo pacem in finibus vestris. gladius nō pertransibit terminos vestros. ꝑsequimini inimicos vestros et corruant corā vobis. et persequanť quinq̧ de vestris centū alienos. ꝛ cētū de vobis decē milia. cadent inimici vestri gladio in conspectu vestro. respiciā vos. et crescere faciā. Et Jeremie ca. iiij. Si abstuleris offendicula tua a facie mea. non cōmoueberis. Et Ecclesiastes. viij. Qui custodit preceptum nō experietur quicq̧ mali. Et Eccl'ia. xxxiij. Timenti deum nō occurrūt mala. Sed in tentatione deus illū cōseruabit et liberabit ex malis Michee. vj. Salus erit timentibus nomen eius. Unde Policratus placito deo omnis creatura mitis est et seruit homini. et eo indignante oīs creatura armatur in vltionē eius. coruus Eliam pauit. vrsus famulatū impendit prophete. Ut parcat Danieli ferocitatē nature dediscit leo. et collecta nescit esuriē. Unda siccis sanctorum calcať pedibus. Aduersus pueros succensus ignis in fornace non proficit. Ad votū Elie Aer ibres et terra fructū negat. et celum ipsum in impios euouit ignes suos. Hec ille. li. vj. c. xxix. Prouidit ergo deus: vt inquit Lactātius li. v. institutionū quatenus cultoribus suis prestaret quietem si mandata seruassent et tn̄ eos emendaret si preceptis nō obtemperassent. itaq̧ ne tunc corrūperēť ocio: premi eos voluit: vt eos et labentes confirmet et corruptos ad fortitudinem reparet. et fidos experiatur et tētet. hec ille. Improbitas ergo patet erroris dicere peius esse illis cum quibus est deus. Et melius esse illis cum quibus non est deus. sicut etiam ait Jozephus concionando ad iudeos prout narrat Egesipus li. vj. Uos (inquit) deus deseruit. quia vos pietatis cultum deseruistis. presidium sperabatis diuinum sed qui vos defendebat ad hostem migrauit. quia quē colebamus Romani venerant nos offendimus. Et inducit auctoritates scripturaꝝ. Nō i multitudine populi ꝫ i timore dn̄i Abraā penetrabat Egiptū. Orabat Abraā ꝛ torq̄bať Pharao Geneſ. xij. Sic de Isaac et Jacob ꝯ Esau. sic moyses contra Egiptios. Sic de Josue. Gedeone. Ezechia. Dauid. et ceteri.

Non em̄ in multitudine et fortitudine exercitus belli victoria. sed de celo fortitudo et victoria. j. Machabeorū. iij. Cum ergo deus fuerit cum illis qui recte credunt. et deū timent iustitiā vnicuiqꝫ ministrando. quis cōtra ipsos ad Romanos. viij. Si deus pro nobis quis cōtra nos. Et Judicum. vj. Si deus nobiscum est cur apprehenderunt nos hec mala. quasi diceret. Mala nō apprehendūt illos cum quibus est deus. nō ergo fidei christiane debet imputari si aliquando aduersa contingūt reipub. ꝫ peccatis hominū (vt dictum est) nō obedientiū doctrine euāgelice. et trāsgredientiū eius mandata. prout etiam ait beatus Aug. i tractatu de excidio vrbis Rome vbi deus permisit flagellari multos in excidio vrbis. quia seruus sciens voluntatem domini. et nō faciēs vapulabit plagis multis Luce. xij. Et ponit exempla. Vnā tribulam sentit area vt stipula scindat granū mundet. Vnū ignē fornax vt palea in cinerem pergat aurum sordibus careat. Sic tribulationem Roma pertulit in qua vel emendatus vel liberatus pius. Damnatus vero impius ₇c̄. de ci. dei. li. j. c. ix. Fuit ꝫ punita ꝑpter ꝓpria peccata. sic etiam et modo nostra respub. punitur ꝑpter nostram inobedientiam (vt dictum est) doctrine euāgelice et transgressionem eius mandatoꝝ. Punieturqꝫ adhuc acrius si emendatio secuta non fuerit. Queādmodū et in veterī testamento factum nonnunqꝫ legimus. Ob quā rem considerandum est diligenter. vt si quid erratum est emendetur. vt ꝑ opa pietatis. vicioꝝūqꝫ correctionē diuina maiestas mitigetur. quā propter iniquitatē constat iratā esse. Nam si liberos nostros (vt inquit Lactantius li. vj. institutionū) cū delictoꝝ suoꝝ cernimꝰ penitere correctos esse arbitramur. et abdicatos abiectosqꝫ rursus tamē sustētamus. suscipimus. fouemus. amplectimur. cur desperemus clemētiam dei patris. penitēdo posse placari. ergo idē dn̄s ac parēs indulgentissimus remissurū se penitētibꝰ peccata ꝓmittit et obliturū oēs iniquitates eius qui iustitiā denuo ceperit opari. Ait em̄ ꝑ ꝓpheta Conuertimini et agite penitentiā ab oībus iniquitatibus vestris. et nō erit vobis in ruinā iniquitas. Proijcite a vobis omnes preuaricationes vestras i quibus preuaricati estis. et facite vobis cor nouū. et spm̄ nouū. et quare moriemini. quia nolo mortē morientis ₇c̄ Ezechielis. xviij et infra eiusdem. c. xxxiij. Tu itaqꝫ fili hoīs dic ad filios populi tui iustitia iusti non liberabit eum in quacunqꝫ die peccauerit et impietas impij non nocebit ei in quacunqꝫ die conuersus fuerit ab iniquitate sua. et iustus non poterit viuere in iustitia sua in quacunque die peccauerit. etiam si dixero iusto ꝙ vita viuat et confisus in iustitia sua fecerit iniquitatem omnes

iustitie eius obliuioni tradentur et in iniquitate sua quā operatus est. in
ipsa morieť. Si autem dixero impio morte morieris et egerit penitentiā
a peccato suo. feceritq͡ʒ iudiciū et iustitiam ⁊ pignus restituerit ille impi⁹
rapinamq͡ʒ reddiderit in mandatis vite ambulauerit nec fecerit quicquā
iniustum vita viuet et non morietur. Omnia peccata eius que peccauit
non imputabuntur ei ⁊c̄. Et Malachie. iij. Reuertimini ad me et ego re
uertar ad vos et videbitis quid sit inter iustum et impiū et inter fuientē
deo et non seruientē ei ⁊c̄. Et Joannis. viij. Si vos manseritis (inq̄t sal
uator) in sermone meo vere discipuli mei eritis et cognoscetis veritatem
et veritas liberabit vos ⁊c̄. Vnusquisq͡ʒ igiť quantū potest formet se ad
verecundiam pudoremq͡ʒ colat. castitatē conscientia ac mente tueatur. pre
ceptaq͡ʒ omnia euāgelica seu diuina diligentissime obseruet. Nō sufficit
enī aliqua eorū acceptare nisi omnia obseruentur. vt p͡ʒ in regula defleat
peccator de re. iu. Nec ignorantia eorum excusare potest. j. q. iiij. c. Tur
batur. Et hoc est intelligendū si est adultus vel discretus. et habet vnde
addiscat. quia in his parū interest decipere et decipi posse. vt. xvj. q j. Si
cupis. Et de hac ignorantia ait ap̄l'us. Qui ignorat ignorabiť. j. ad Co
rinthi. xiiij Et habeť. xxxvij. distinc. c. Ideo. Nemo etiam debet mirari si
aliquando boni affligantur et mali prosperenť in presenti. quia afflictio
fit bonis in iudiciū salutis. et prosperitas malis in iudiciū reprobatiōis
de pe. distin. iij. Quid ergo turbamur. et Sapientie. iij. et. v. c. Vnde cum
quis vexať ac varijs infortunijs premiť gaudere debet ac maximas gra
tias indulgentissimo patri agere q̄ eius meritū crescere facit vel q̄ corru
ptelam eius non patiť longius ꝓcedere. sed plagis ac verberibus emen
dat. Nemo quidē potest esse tam prudēs tam circūspectus vt nō aliqn̄
labať saltē venialiter qđ etiā emendatione indiget vt notať in. d.. c. Quid
ergo turbamur. Pie ergo ac misericorditer cū his deus agit. quorum de
licta in hoc mundo punit. Deus enī homines (vt inquit idem Lactāti⁹
li. v. Institutionū) ꝓ liberis habet et quos diligit arguit. ac castigat. vt
ꝑ multas aduersitates ad opa virtutis inducat. nec eos caducis ac mor
talibus bonis corrūpi ac deprauari sinit. Vnde apostolus ad hebreos
xij. Corripit dn̄s. inquit. quē diligit et flagellat omnē filiū quem recipit.
Quos aūt nihili facit delicate ac deliciose patiť viuere. quia nō illos emē
datione sua reputat dignos. Cū autē regnū nr̄m deus multis plagis af
flixerit. signū est quia nos amat et saluos esse desiderat. Nunc nostrum
est vt emendemus in quibus cogitare possumus offensam esse maiesta
tem diuinam. Inter alia vero que deus egre tulit forsitan illud est qđ est

regni bonorũ dissipatio et iniusta eorũ vsurpatio. subditorũ grauamẽ sa scismaticorꝝ vel hereticorum fauor. Ecclesiastice libertatis derogatio. Cupiditas et ambitio vtriusqꝫ status quorũdam prelatorũ. morũqꝫ et vestium peregrinorũ assumptio. ac impudica carꝝ appercio vsure ebrietas et crapula. ac nephanda lasciuia que inter alia peccata maxime templum dei id est corpus humanũ polluit. xxxij. q. vij. c. Non solum. Ipsa etiam sapientes eidem deditos infatuat exemplũ de Salomone. ea q. iiij. Salomon. Vnde eccl'ia. xix. Vinũ et mulieres apostatare faciũt sapiẽtes ꝛc. fortes etiam vincit Exemplũ de Samsone. Judicum. xvj. Ac etiam sanctos aliqñ prosternere videtur. Exemplũ de Dauid. ij. q. vij. Sacerdos Item timidos efficit hoĩes eoꝝ cor auferẽs. Vnde Osee. iiij. Fornicatio et vinũ et ebrietas auferunt cor. Hinc cautũ est in legibus ꝙ miles in ebrietatem vel lasciuiam lapsus remoueat̃ ab omni militia p. l. Omne delictum. ff. de re militari. Vnde Policratus li. vj. c. xiiij. Duci quoqꝫ. inqt i re militari diligentissime precauendũ est ne venus et vinũ pugnantia pectora frangant et infra Gens Partorum sepissime supabatur eo ꝙ luxuriosa fuit ꝛc. Hinc Cornelius Scipio consul in hispaniã missus eo tem poris momento quo castra intrauit duo milia lixaꝝ et scortorum inde abiecit et sic cum paucis virtuosis mundis et ornatis triũphauit ꝓut narrat Valerius li. ij. Hec autem ideo adducũtur vt se homines reddãt cautos. Nam felix est quem faciunt aliena pericula cautum. xxvij. q. j. c. ij. in glo. fi. Quod ꝙ periculosissimũ viciũ sit concupiscentia carnis qui eam sequuntur. etiam Tullius in li. de Senectute declarat dicens. Voluptas carnis consiliũ rationis ac mentis oculos cõstringit. imo total'r excecat quatenus homo nesciat quid agat. Nam vt veꝝ fatear desideria carnis tria maxima damna suis sectatoribus inferunt. Nam animã impugnãt et deiiciunt ad vicia. Iram dei prouocant. et auferunt beneficia. eternal'r quoqꝫ cruciant per gehẽne supplicia et plus ceteris ipsam animã ꝑuant celesti letitia. iuxta illud. Nouit deus pios de tentatione eripere. iniquos vero in diẽ iudicij reseruare cruciãdos. magis autem eos qui post carnẽ in cõcupiscẽtia in mundicie ambulant. ij. Pet. ij. Vnde verus legislator potens et redemptor clemens humane conditor nature eiusqꝫ salutis amator indeficiens volens nos reddere cautos ne videlicet solũ in deũ offensam nõ admitteremus vel in proximũ. veꝝ etiam ne in corp⁹ ꝓpriũ peccaremus precepit negatiue. Exodi xx. dicẽs. Non mechaberis. hinc ap'lus ait. An nescitis quia iniqui regnum dei nõ possidebunt. nolite errare neqꝫ fornicari. qui autẽ fornicatur. in corpus suum peccat. Fornica-

tores em̄ et adulteri.molles.masculoꝝ cōcubitores.fures.auari.ebriosi
maledici.rapaces regnum dei nō possidebūt.j.ad Corinth.vj.Et idē ad
Ephesios.v.ait.Fornicatio autem et omnis in mūdicia.aut auaricia nec
nominet̄ in vobis sicut decet sanctos aut turpitudo.aut stultiloquium
aut scurrilitas que ad rem nō ꝑtinet.Hoc em̄ scitote intelligentes ꝙ oīs
fornicator.aut imundus.aut auarus qd̄ est ydoloꝝ seruitus nō habet
hereditatem in regno Christi et dei.Nemo vos seducat inanibus v̄bis
propter hec em̄ venit ira dei in filios diffidentie.Nolite ergo effici parti-
cipes illorum ꝛc̄.Et ad Romanos.viij.Si scd̄m carnē vixeritis morie-
mini ꝛc̄.Stipēdia em̄ peccati.vt idem ap̄lus ad eosdem scribens.c.vj.ait
Mors est.hoc est a regno celorum excludunt eternaliter animā dānātia
Nihil em̄ coinquinatū nihil maculatū introibit in regnū celoꝝ.ꝓpte
rea ap̄lus nos monet dicēs.Mortificate mēbra vestra q̄ sunt sup terrā.
Fornicationē inmundiciam libidinem concupiscētiam malam et aua-
riciam.que est simulacroꝝ seruitus.ꝓpter que venit ira dei sup filios in-
credulitatis deponite.ad Colosen̄.iij.Et ad Romanos.c.vj.Sicut em̄
exhibuistis membra vestra seruire immūdicie et iniquitati ad iniquitatē.
ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitie in sanctificationem cum
em̄ serui essetis peccati.liberi fuistis iustitie quem ergo fructū habuistis
tunc in illis in quibus nūc erubescitis.Nam finis illoꝝ mors ē ꝛc̄.Et ad
Thesal.c.iiij.Hec est em̄ volūtas dei sanctificatio vestra.vt abstineatis
vos a fornicatione.vt sciat vnusquisqꝫ vestrum vas suū possidere in san-
ctitate et honore.nō in passione desiderij.et ne quis supgrediat̄ neqꝫ cir-
cūueniat in negocio fratrem suū qm̄ vindex est dn̄s de his omnibꝰ.Nō
em̄ vocauit nos deus in immundiciam.sed in sanctificationem hec ille
Attendant hec brutales quidam hoīes fornicationē sanitatis causa nō
esse peccatum dicētes.O ꝙ stulti et illecebres tales esse censentur presu-
mentes nature contradicere et deo hoc prohibēti qui nihil prohibuit
nisi nociua.Et esto ꝙ ita sit.vt ipsi occecati putant.Nō tamen facienda
sunt mala vt eueniant bona xiiij.q.v.quasi p totum et.xxij.q.ij.Is autē
et.c.Faciat.Unde quippe tales plus q̄ȝ rabidi canes et venenosi serpen-
tes sunt omnino fugiēdi.Unde ap̄lus Si is qui frater nominatur inter
vos et est fornicator.aut auarus.aut ydolis seruiens.aut maledicus.aut
ebriosus aut rapax cū huiusmodi nec cibū sumere debetis.j.ad Corinth.
v.Bestiales em̄ sunt animaliū vitā ducētes quare nihil mirū ꝙ ipsi errēt
Animalis em̄ homo.vt inquit ap̄lus.nō ꝑcipit ea que sunt spiritus dei
stultitia em̄ est illi et nō potest intelligere.j.ad Corinth.ij.Et de talibus

princeps apostolorum sanctus Petrus ait in vobis erunt magistri mẽdaces qui introducent sectas perditionis superducentes sibi celerem pditionẽ et multi sequentur eorũ luxurias. j. Pet. ij. Cõtra quos nos reddẽs cautos Paulus aplus ait Videte ne quis vos decipiat per phiam et inanem fallaciã secundum traditionẽ hominũ scdm elementa mundi et non scdm Christum rc. Ad Colosen. ij. Cui quidẽ aplo potius credendũ ẽ qui de se ipso dicit. Neqz em ab hoie accepi illud neqz didici sed p reuelationẽ Jhu Christi. ad Gallatas. j. Unde Aug. Qui nõ obedit. inquit. aplo ptradicit euãgelio et iuxta eiusdẽ apli vocẽ dicentis An queritis experimentũ eius qui in me loquitur christus Iterũ si angelus venerit de celo et aliud euãgelium annũciauerit vobis. Anathema sit. Hec Aug. in de cõtemptu mũdi extirpet ergo a vero christiano talis psumptio. ne qd absit. pter delectationẽ momẽtaneã eterna ãmittat vita. Sed forte quis diceret quilibet pt licite vti eo qd suũ ẽ. sed in actu venereo hõ non vtitur. nisi eo qd suũ est. scz pprio corpe. Maxime si solutus ad solutã accedat. Respondetur q deus ẽ principalis dñs corpis. Deo igitur facimus iniuriã corpe nostro cõtra voluntatẽ eius vtendo. templũ videlicet eius maculãdo. Vñ aplus. j. ad Corinth. iij. Nescitis quia templũ dei estis et spũs dei habitat in vobis Si qs aũt templũ dei violauerit. dispdet illũ deus. Templũ em dei sctm est quod estis vos. nemo vos seducat rc. Et. sc. vj. idẽ ait Nescitis qm corpora vra mẽbra sunt christi. tollẽs g mẽbra christi faciã mẽbra meretricis. absit. An nescitis qm qui adheret meretrici. vnũ corpus efficitur. Et infra. Fugite fornicationẽ. Omne em pctm qdcũqz fecerit hõ extra corpus est: qui autẽ fornicatur: in corpus suũ peccat. An nescitis qm mẽbra vestra templũ sunt spiritussancti qui in vobis ẽ. quẽ habetis a deo. et non estis vestri Empti em estis precio magno glorificate et portate deũ in corpe vestro. hec ille Si autẽ quis vratur cõtinereqz nõ possit. audiat cõsiliũ eiusdem apli dicẽtis Bonũ est mulierẽ nõ tãgere. pter fornicationẽ aũt scz euitandã vnusquisqz suã vxorẽ habeat et vnaqueqz suũ virũ. j. ad Corin. vij. Melius ẽ em nubere qz vri ibidẽ. Non tm igitur matrimoniũ ĩstitutũ est causa pcreande prolis. qd est principale in matrimonio. Verũ etiã ĩ remediũ euitãde fornicationis que sp est mortale peccatũ. p sacramentũ vero matrimonij excusatur actus venereus a peccato mortali si sistit ĩfra limites matrimonij Vxorẽ itaqz habere ratione pcreande prolis. aut ex licẽtia apli causa euitande fornicationis ẽ qd humanũ. Naturalissimum em est oim viuentiũ. vt inquit phus. ij. de aĩa generare sibi sile. Pro cuius quidẽ actus executione natura in homine matrimoniũ disposuit. Hoc

q̄p pe ordo rationis exigit: vt pulcre deducit phus .j. Politicorum et Ethi. viij. Et dicit phus in p̄fata auctoritate generare sibi si͠le et nō cā delectationis aut saciēde libidinis Venereū exercere actū. q̄a hoc ē cōtrariū nō tm̄ legi diuine. verum etiā legi naturali. Vn̄ phs i ep̄la ad magnū Alexādrū dicit. O clemēs impator noli te inclinare ad coitū mulierum. quia coitus ē quedā ꝓprietas porcorum q̄ ergo tibi gloria si exerceas vicium irrationabilium bestiarū et actus brutorum. crede mihi indubitāter q coitꝰ ē destructio corporis. abreuiatio vite. corruptio v̄tutū. legis trāsgressio. mores generat femineos. Hec ille. q̄ naturaliter locutꝰ ē. Vtraqꝫ ḡ lege naturali videlicet et diuina ꝓhibet̄ oīno actus venereus extra matrimoniū. q̄d ē q̄d naturale homini. Fornicacio igit̄ q̄ cōtrariat̄ cōiugio debet s̄b pena eterne dānationis v̄liter ab oībus christianis oīno vitari. tāq̄ aliq̄d cōtrariū rei naturali. Vn̄ Aug. et habet̄ .xxxiiij. distin. Audite inq̄t carissimi mēbra christi et matris catholice ecclesie filij Fornicari vobis nō licet. sufficiāt vobis vxores. Audiat deus si vos surdi estis Audiāt angeli si vos cōtēnitis. cōcubinas nō licet hr̄e vob. et si nō habetis vxores. tn̄ nō licet vob habere cōcubinas Hec ille. Et Ambrosius Quicq̄d in ea (inquit) q̄ non sit legitima vxor cōmissum fuerit adulterij crimine dānat̄. Idē nulli licet scire. inq̄t. mulierē p̄ter vxorē ideoqꝫ cōiugij datū ē tibi ius ne i laqueū incidas ꝛ cū muliere aliena delinq̄s .xxxij. q. iiij. c. Nemo sibi blādiat̄ Thobie. c. iiij. Attēde tibi fili mi ab omni fornicatione. Et p̄ter vxorē tuā nūq̄ patiaris crimē scire. Patet ḡ q ois luxuria ex̄ matrimoniū ꝯmissa. ē mortale peccatū. Mortale quidē dr̄. quia opa bona hois illud cōmittentis mortificat. ita q nihil ei ꝓsunt ad salutē de pe. distin. iij. c. Nihil ꝓdest. et c. Si q̄s aūt. Non hꝫ em̄ i se aliq̄d viriditatis ramus boni opis nisi maneat in radice charitatis de pe. dis. ij. c. Et coḡuerūt. Vel dr̄ mortale quia anime eternā infert mortē de pe. v. distin. c. Fratres. Vn̄ in casu quo ꝯtingeret vel cōmitteret pctm̄ mortale vel incurreret dānū t̄paliū aut mortē corpis. q̄libet verus christianus tenet̄ magis eligere penā q̄ꝫ peccare vel peccasse: iuxta illud Aug. de ci. dei Mors corpis ē cū illud deserit anima. Mors anīe cū eā deserit deus Quāto ḡ deus melior anima. tāto peius ē animā a deo deseri. quā corpꝰ ab aīa derelinqui de pe. distin. j. c. Porro §. Si anteq̄ꝫ. et. c. Sacris. De hisq̄ vi metus ve causa fi. Et ideo sc̄ti sustinuerūt mortē corporis vt vitarēt mortē anīe. Vn̄ ait Susanna Daniel. xiij. Melius ē mihi absqꝫ ope incidere in manus v̄ras q̄ꝫ peccare in conspectu dei. Et phus. iij. Ethicorum. Melius ē inq̄t mori q̄ꝫ facere ꝯ bonū v̄tutis hinc Seneca. Si scirē. inquit. deos ignoscituros. hoīes autē nesci-

turos adhuc dedignarer peccare. Et habet. xv. q. j. c. Merito. i glo. Et nō solum actus venereus est peccatum mortale. sed etiam concupiscētia id est assensus voluntatis in opus. Inhibetur nāqz Exodi. xx. vbi dicitur. Non desiderabis vxorem proximi tui. non seruum. non ancillā. non ouē nō asinum. et vniuersa que illius sunt. Vbi inhibetur luxuria et auaricia in affectu. Unde et saluator Jhesus Christus. Omnis qui viderit. inqt. mulierem ad concupiscendam eam. iam mechatus est eam in corde suo Mathei. v. Patet ergo ꝙ consensus in actum peccati mortalis licet nō sequatur opus seu actus. lege diuina damnatur. quia deus non ex operibus iudicat. sed ex cogitationibus et ex corde. xxij. q. v. c. Qui piurare. xxvij q. j. c. Nuptiarum et. xxxij. q. v. Sicut em̄. et. c. se. Unde sapiētie. j. Peruerse cogitationes separant a deo. quoniam in maliuolam animam non introibit sapientia. nec habitabit in corde subdito peccatis ꝛc̄. Et non tm̄ consensus in opus est peccatum Verum etiam cogitatio morosa cum consensu in delectationem actus mortalis peccati. Licet in actum non consenciatur. est tamen peccatum mortale. Unde Aug. in li. de Trinitate ait. Qz propter peccatum cogitationis licet sine voluntate perficiendi. sz cum voluntate oblectandi. totus homo damnabitur Facit. c. Nō solū. xxxij. q. vij. Quando enim voluntas diu immoratur in huiusmodi delectationem consenciendo. talis videtur consentire in hoc ꝙ affectus suus sit inclinatus ad fornicationem. et se exponit periculo talem delectationē non repellendo. et qui amat periculum in illo peribit Eccle. iij. Sed forte dicerent aliqui. durus est hic sermo quis potest eum audire Joannis. vj Quibus respondetur ex dictis apostoli dicentis. ꝙ quicūqz sine lege peccauerunt sine lege peribunt ꝛc̄ ad Romanos. ij. Unde hic etiam aduertendum est ꝙ diuersi sunt modi hominum viuendi scd̄m quos diuersi diuersimode sibi finem prestituunt. quos quidem modos necessarium est scire et videre quis eorum sit melior. distinxerunt autem philosophi triplicem modum viuendi: vt patet in primo Ethicorū Voluptuosum videlicet et politicum et contemplatiuū. Videbāt em̄ hoiem esse mediū inter superiora et inferiora. Est aūt homo naturaliter medius inter bruta quibus est superior. et inter angelos quibus ē inferior. Tripliciter igitur poterit cōsiderari homo. Primo vt cōmunicat cū brutis. Scd̄o vt ē aliquid in se. Tercio vt participat cū angelis. Vn̄ s̄m has tres ꝯsideratōes sumpti sunt a ph̄is p̄dicti tres modi viuendi seu tres vite. Voluerūt em̄ ꝙ homini vt communicat cum brutis competat vita voluptuosa vt est aliquid in se vita politica. Sed vt participat cum angelis. competit

Omnes. Sz petrus omnē auctoritatē trāsmisit ad suos successores: dis. xl. Non nos. Unde et apl'i duos habuisse gladios leguntur. Luce. xxij. Nec glo. de iudicijs. c. Nouit v. Nostram. Cuius quidem executionem gladij videlicet temporalis ipse papa cōmittit imperatori ceterisqz principibus per eorū prelatos. et sibi retinet spiritualis executionem. ibidē: qa dignior est spiritualis. Unde Ambrosius. Nō tam preciosius est (inqt) plumbo. qz regia potestate sit altior ordo sacerdotum. xcvj. distin. c. Duo sunt. Et de maio. et obe. Solite. Unde dr̄ Jeremie. j. Ecce constitui te sup gentes et regna rc̄. Qd̄ sacerdoti dictū ē videlicet Jeremie. non regi. aut imperatori. vt scz agnoscant reges se esse subiectos sacerdotibus. non autē econuerso. nisi inquātū sacerdotes a principibus optinent tpalia intātū illis quasi subsunt. d. c. Solite. Secus est de papa q̄ in terris vllo mō nemini subest. ix. q. iij. per totum Et habet potestatem vtriusqz iurisditiōis Ergo illa donatio Constantini non potest dici vt dictum est alienatio Cum habitualiter iurisditio secularis primum esset penes papam. illā secundario quo ad actum principibus seculi cōmittentem seu delegantem Eaqz de causa potest deponere imperatorem et quēlibet principem. pter delicta sua. patet de Sententia et reiudicata. c. Ad aplice dignitatis li. vj. Idem cum est inutilis. xv. q. vj. c. Alius Et dat coadiutores ipis male administrantibus. d. c. Grandi Per negligentiam ipsorum iurisditionē viceuersa secularem assumit. de foro. cōpe. c. Licet. j. Cōpellit ipsos iustitiam facere. xxiij. q. v. Administratores Et ius canonum etiam debitis casibus obseruare. c. Seculares. de foro. cōpe. li. vj. Et. c. Decernimus. de Sentētia excōmunicationis li. eo. Et sic de alijs canonibus. Unū eīn oportet esse principatum: ad quem omnes recurrant. vij. q. j. c. In apibus. et in. c Per venerabilem Qui filij sint legi. Et de hoc vide. qd̄ nō. Inno. et Hostri. d. c Licet ex suspecto. Nec ex glo. dicti. c. Ad aplice. Super v. Priuamus. Alij autem prelati qui bona hereditaria (non dico decimas. Nam he d iuino eis iure obueniunt) a principibus optinent vel per ipsos principes defenduntur tenentur reuerentiam et fidelitatem principi. salubria ei pstādo consilia reiqz publice vtilitati semp fauēdo. xxiij. q. v. c. Dicat in fi. r. xviij. distin. c. Si episcopus. Unde etiam ratione talium bonorum dicunt cōsiliarij regni. maxime in his que principaliter salutem concernunt anime Sint igitur cauti in prestandis consilijs. ne quid minus iusti reipublice seu regnicolis inferatur. qui non scd̄m fatuam hominū quorundam existimationem. sed iure sunt gubernandi. qd̄ si non. ipsi prelati reatum minime euaderent. tanqz hij quorum magis interest. quia eorū ē iniustitijs

et vicijs obuiare. Et licet ipsis bellare nõ liceat. quia sunt milites celestis militie. non huius seculi. xxiij. q. viij. c. Clerici. et. c. se. et. c. presentium de cle. percus. Etiam arma clericorum sunt lachryme et orationes eorum. censuraq3 ecclesiastica Eadem. q. c. Conuenior. Nisi ineuitabilis necessitas defensionis aliud suadeat. c. Dilecto de Sen. excom li. vj. Ideo em̄ dictum est Petro. conuerte gladium tuum in vaginam. vt ipsi clerici armis bellorum non vtantur. xxiij q. viij. c. Cum a iudeis. tamen tenentur inducere alios ad iustum bellum suscipiendum. Imo peccarent si non facerent. xxiij. q. v. c. De occidendis. et. e. q. iij. c. Maximianus Qd̄ etiam videlicet bellum potest fieri auctoritate episcopi scd̄m Host. (vt recitat Angelus in sua summa. c. Bellum. §. iiij.) precipue quando pugnatur pro fide. xxiij. q. viij. c. Igitur. Vel contra eum qui pro peccato mortali excõmunicatus non vult parere. Et de hoc patebit clarius infra ix. §

Pro maiori autem intelligentia

proxime dictorum Ea que in fasciculo temporum de bonis ecclesie et potestate eius ex quorundam sanctorum dictis congesta sunt hic intersero Unde sciendum est. Q2 circa annum domini. 3. 1. 4. prelati ecclesie possessiones habere inceperunt. vbi grandis altercatio sepe inter doctores fuit. quibusdam dicentibus. q̄ iustū et vtile esset vt ecclesia in temporalibus abundaret et honorem terrenum haberet. Alijs econtra q̄ non nec mirum. quicquid enim ecclesia facit. vel dicit vel habet. signum est cui contradicitur rc̄. Elegit diu in paupertate et penuria viuere. signū est cui contradicitur. Suscepit deinde gratis oblata tpalia. signum est cui contradicitur rc̄. Sed si diligenter aduertimus tunc aperte inuenimus q̄ christus dominus hoc predixit et promisit dilectis suis sc3 q̄ essent accepturi agros cum persecutionibus: vt patet Marci. x. Et dicente beato Petro Ecce duo gladij hic. dominus respondit. sufficit Ubi beat9 Bernardus scribens ad Eugenium papam epistola. ccliiij. dicit. Q2 vtrūq3 gladium christi in ordinatione papa suscepit. alioquin non dixisset. sufficit. sed minus est. Gladiū spiritualem per seipsum. secularem siue materialem per alios regit sc3 per personas laycales. Sanctus autem Thomas talem format rationem ex dictamine iuris naturalis r diuini. Ex quo tota christiana vita ordinatur principaliter ad finem spiritualem. et non temporalem. Ideo summus pontifex qui est vicarius christi in terris. cui commissa est huiusmodi ordinatio. debet habere plenam potestatem precipiendi christifidelibus pro consecutione huius finis tanq̄3 architector

quia ei ad quem pertinet vltimi cura finis subdi debent illi ad quos per-
tinet cura antecedentium finium et eius imperio dirigi. Qui enim debet
vti armis. imperat fabro qualia debeat facere arma. et quia finis iste est
dignissimus scꝫ consecutio celestis glorie. Ideo sacerdotium ecclesie est
sublimius cuicūqꝫ potestati terrene. Quare etiam dicitur sanctum regale
sc'dotiū. cui omnes reges christiani populi oportet esse subiectos. sicut
ipsi domino Jhesu christo. a quo hoc regale sacerdotium deriuatꝰ nouus
rex scꝫ Christus nouum ordinem sue instituit familie. tanto siquidem est
regimen sublimius. quāto ad finem altiorem ordinatur. Vnde patet ꝙ ī
lege christi reges debent sacerdotibus esse subiecti. Quare mirabiliter di-
uina prouidentia factum est. vt in Romana vrbe quā deus prouiderat
christiani sacerdotij principalem sedem futuram. hic mos paulatim ino-
lesceret vt ciuitatis rectores sacerdotibus subderentur. Sed si christiana
religio principaliter esset instituta ꝓpter temporalia conquerenda. tunc
reges essent preponendi sacerdotibus. sicut olim fiebant in veteri lege. et
in paganismo. vbi cultus demonum tendebat ad illum finem vt tempo-
ralibus bonis ditarentur. Hec sanctus Thomas. Bonauētura dicit in
quarto scripto super Sententias ꝙ sanctispiritus ordinatione actum est
vt ecclesia in temporalibus abundaret. quia pauci sunt tāte perfectionis
vt sine adminiculo tpaliū onera ecclesiastica susciperēt. et sic piret magna
pars fideliū. eo ꝙ non esset qui administrarent spiritualia. Certum est em̄
ꝙ ecclesia possessiones suscipiente intātum ipsa creuit. ꝙ fere vniuersum
orbē terrarū fidelibus ipleuerat. que vt cernimus ꝓpter peccata viceuersa
minuitur. Sancta Birgitta mulierum deuotissima. li. iiij. c. lxxvj. scribit.
Qꝫ beata virgo Maria hec verba sibi dixerit in quadam reuelatione. Ec-
clesia dei primis temporibus pauper erat in tpalibus voluntarie. Pro-
cessu vero temporis vt amici dei feruentiores et expeditiores essent ad p̄-
dicandū verbū dei. et vt scireꝫ ꝙ nō diuitie male sint. sed abusus eaꝝ Ideo
sub Siluestro. ⁊ alijs bona tpalia ecclesie data sunt. q̄ viri sancti ad solam
necessitatē suā et amicorū dei et pauperum sustentationem dispensabant
Ergo tales scito. amicos dei qui contentantur de dispositione dei et ipse
videt eos Hec illa. Dicunt etiā doctores ꝙ nedū temporalē sustētationē
necessariū fuit ecclesiasticos hr̄e. ꝫ etiā tpalem iurisditionē. Nec em̄ decuit
vt prelatus potestate spirituali preditꝰ potestatē tpalem cui imperet ab
alio mendicet. Sꝫ ꝓpriā eā possideat et infra. Hec omnia firmissime pro-
banꝫ ex legēdis et dictis sanctoꝝ patrū q̄ tpalia dominia et possessiones
terrenas latissimas iuste habuerunt. Quis enim audeat hoc dicere. ꝙ tot

sancti pōtifices viri summe perfectionis et litterature miraculis gloriosi qui oīa tpalia arbitrabanť vt stercora quoꝝ doctrina fulget ecclesia sicut sol et luna. Quoꝝ scripta suos lectores sanctuspiritus igne accēdūt. quoꝝ plures ꝓpriā vitā ꝓ defensione libertatis ecclesiastice tradiderūt martirio coronari. Quis inq̃ audeat dicere tales ac tantos tā multos sic delirasse vt hmōi tpalia cōtra iustitiā ac dei voluntatē detinuissent. An nō potius vsq3 hodie cōtradictores eoꝝ formidabili vidimus morte consumptos iuxta qd̄ imprecatus fuit eis Cōstātinus qñ paginā impialis testamēti ꝓprijs manibus sup venerandū corpus beati Petri posuit. distin. xcvj. c Constātinus. Quis vnq̄ temerator nisi penituisset hāc maledictionem euasit. Reuera possumus adducere illud Gamalielis Actuū. v. Si a deo est nō poteritis dissoluere ꝛc̄. Tanta siquidē p huius mundi potentes pariter et sapientes facta legimus cōtra patrimoniū ecclesie pene in omnibus finibus totius christianitatis vt nequaq̄ credibile sit q̄ humano mō potuisset īsultus hmōi tolerasse. siue aliqd recupasse. post tā crebras desperatasq3 expoliationes. sed quia de celo dimicatū est contra eos. ideo vt fumus perierūt vniuersi hostes ecclesie vsq3 in presens. Vbi scd̄s Cōstantinus. Arrianus. Julianus apostota. valens Haytanaricus. Halaricus. Gausaricus. Honorius attila. Seuo. totila. Theodoricus. Constantinus tercius et q̄ntus. Leo tercius et quartus. Henricus tercius et q̄rtus. Fredericus primus et scd̄s. Otto quartꝰ. Lodouicus q̄rtus. impatores. et ceteri ꝑsumptores cū suis cōplicibꝰ. q̄ quasi hora vna ecclīam ꝓuare nitebāť. aut su ocare. Vbi sunt. nūqd ꝑualuerūt. et ecce hodie floret cultus dei cū gloria. Et illi si penitentiā nō egerūt apd̄ inferos ꝯtremiscūt Sed nūquid humana virtute id actū credimus minime. Igiť si deus ꝓ nobis qs cōtra nos. Ecce regnat fides sancta vidētibus et inuidentibus inimicis. dētibus suis fremētibus nil ꝯ manū oīpotētis facere valētibus iuxta ꝓphetiā psal. dicēť. Dixit dn̄s dn̄o meo sede a dextris meis Donec ponā inimicos tuos scabellū pedū tuoꝝ. Et iterū Sepe expugnauerunt me ꝛc̄. Et quia grandia mala contigerunt aliqñ ꝓpter huiusmodi disputationes suggerētibus quibusdā impijs in aures principū q̄ ecclīastici terrena dominia licite nō possiderent. Ideo aplīca sedes inhibuit ne a mō fiant. neq3 illi liceat deinceps in dubium reuocare. qd̄ tātis sanctissimoꝝ virorum doctrinis et exemplis constat roboratum. Aduertant sensati principes quid eis vtile sit et salubre post tot annorum curricula ac varios rerum euētus vbi nullus vnq̄ prosperatus est. neq3 sibi promittāt inconsulte posse immutare quod spiritusancto dictante statutum est.

ae tot patronos et inspectores celo presidentes iam habet. hec ex prefato libro. vbi etiā de Karolo legitur sic Karolus Marcellus. filius Pippini imensas victorias habuit contra infideles diuinitus adiutus. fuit victor gloriosus per omnia. Sed quia bona ecclesiastica sibi vsurpauit ꝑpter necessitatem bellorum. Ideo in penis infernalibus anima eius visa ē cruciari ab Eucherio viro sancto. Nec mirum ꝙ sit. vt fertur. damnatus ꝑ tanto scelere surripiēs ecclesiaꝝ bona inuitis ecclesiasticis quibus aliqđ accipere ē graue sacrilegiū peccatū. xvij. q. iiij. c. Sacrilegium. et. c. Om̄. xvj. q j. Et omnes tales sunt Anathema. e. q. c. In canonibus Vñ dicit Hieronymus apertissimi sceleris est exinde aliquid subtrahere Et omniū predonū crudelitatē supat. xij. q. ij. c. Gloria epi. O quid dicent moderni p̄ncipes: barones: nobiles milites ceteriq̄ bellatores (quibus dr̄ Estote cōtenti stipendijs vestris. Luce. iij. et. xxiij. q. j. c. Militare) qui ad bellum exeuntes et nihil contra hostes proficientes violentas in christi patrimonium imponunt manus. Certe illos non excusabit necessitas cui pacis tpe prouidere debent. ex bonis suis propter defensionem reipublice ipsis attributis. Si autem bona eorum ad defensionē reipub. nō suppeterent et ageretur de directo Et principaliter de vtilitate ecclesiastica et seculari. quid faciendum esset dicetur infra. Notandum est etiā ꝙ si seculares statuta faciant cōtra cleros. Omnino sunt excōmunicati. vt pȝ in. c. Eos qui de immu. ec. li. vj. et. c. Nouerit de sen. exco. Et statuta talia nihil valēt. vniuersaliter nāq̄ psonarū statuta seculariū. etiā si sint in fauorē ecclesiarum edita nihil valent nisi sint approbata p ecclesiam. c. Ecclesia sancte marie de consti. et. c. Cum laycis. de re. ec. nō alie. Eadem etiam pena feriuntur Omnes iurisditionem de iure vel antiqua consuetudine ad forū ecclesiasticum pertinentem ꝑturbantes vel auxilium aut consilium fauorem vel dantes: vt pȝ in. c. Om̄ de immun. eccle. li. vj. Certum est em̄ ꝙ inferior i superiorem nullū imperiū habet. Nec eum in aliquo ligare potest. xxj. dis. c. Inferior Vnde potestas secularis que est inferior non potest derogare spiritualium potestati que est superior tanq̄ spiritus carne. et diuina humanis. x. distin. c. Suscipitis. et. xcvj. distin. c. Duo Frustra igitur contendunt seculares contra immunitatem spiritualiū fimbrias suas dilatādo Quis dubitet sacerdotes christi regum et principum omniūq̄ fidelium patres et magistros cēseri. nōne miserabilis insanie esse cognoscit si filius patrem discipulus magistrum sibi conetur subiugare. et iniquis obligationibus illū sue potestati subijcere. a quo credit non solum in terra. sed etiam in celis se ligari posse et solui eadem distin. capitulo Quis dubitet.

Et hec autem potestas ligandi videlicet et soluendi ꝛc̃. nõ ex merito eoꝝ vite sed officio procedit.j.q.j.c.vt euidenter.et.c.se.Unde ita malus sacerdos q̃diu toleratur ab ecclesia sicut bonus vel sanctus mysteria dei et sacramenta ministrat eadem.q.c. Intra catholicam. Sorte tamen inequali quantũ ad se.quia ille deficit. Hic vero ꝓficit.j.q.j.c. Qꝛ quidam. Est enĩ malus sacerdos sicut lixiuiũ qđ alios lauat.et seipsum imundat.lxxxiij. di. c. Nihil illo. Vel ē sicut ardens candela que lumen in tenebris prebet et sibijpsi detrimentum prestat.ita malus sacerdos id est in peccato mortali existens.verbum dei administrans et sacramenta prodest alijs et sibi ipsi obest.xv. q.vltima. c. vltimo Nam et quotienscũqꝫ exercet id qđ ordinis eius ē totiens mortaliter peccat scđm Thomam in.iiij.dist in. xxiiij et facit pro eo'c.si.de tempo.or.c.Quotidie deconse.dis.ij.Et.c.De hoīe de celebra.missaꝝ Et nihilominus q̃cq̃d ex ordine suo exercet perficit Nam ꝑ eum sacramenta velut aqua per lapideos canales.vbi nihil generat̃ trãseunt ad locum fertilem id est ad salutem aliorum.j.q j Si iustus fuerit. Unde Grego. Non nocet:inquit:malicia epi neqꝫ ad baptismũ infantis neqꝫ ad ecclesie consecrationē.quia baptisma a deo nõ ab homine venit Sic et eucharistia ⁊ omnia quecũqꝫ in altari ponuntur. nõ ab homine ꝫ a deo significationem accipiunt.j.q.j.c. Non nocet.Cui concordat btũs Aug.in.li.questionum veteris et noui testamenti Et habetur.j.q.j.c Dictum est. Propterea beatus Gregorius oppositum tenentes redarguit dicens Heu in quã magnum laqueum incidunt.vt diuina ⁊ occulta mysteria plus ab alijs sanctificata posse fieri credant cum vnus et idem spiritus sanctus ꝛc̃.j.q.j.c.Multi secularium. Horum autem manifestum habemus exemplum in Juda latrone et fure loculorum dñi. xxiij q. iiij.c. Quid ergo.Qui licet fuerit proditor et damnatus q̃cquid tamen inter apostolos egit pro dignitate officij ratũ fuit.vij.q.j.c.Aduersitas et de cõ. di.iiij. Aliud est O q̃ꝫ ergo cautissime sibi prouiderent seculares si vitam moresqꝫ reprehendere cessarent sacerdotum.Quibꝰ et christus saluator noster reuerentiam exhibuit dum ad eos leprosos remisit.xciij.dis.c Dominus nr̃.aut dum eis obediendũ precepit dicens sup cathedrã Moysi sederunt scribe et pharisei Omnia ergo quecũqꝫ dixerint vobis seruate et facite.scđm opera vero eoꝝ nolite facere.Dicunt enĩ et non faciunt Math xxiij et.j.q j.c. Non quales Quod etiã aduertens Constãtinus imperator religiosissimus.ꝑut narrat beatus Gregorius in registro Cũ accepisset libellos abhominabiles contra episcopos et sacerdotes scriptos.cõuocans accusatores dixit Non est dignum vt nos deos iudicemus. Quid

mirum si nostra potestas illos dignet honorare quibus in suo eloquio
honorē tribuēs eos. aut angelos. aut deos. ipse dn̄s appellat. Et in coꝝ
conspectu oēs libellos incendit dicēs. Vos dij estis a deo vero ꝯstituti
iter vos causas vestras disponite qa dignū nō ē vt nos deos iudicemꝰ.
xj. q. j. c. Sacerdotibus. Vnde et in scriptis cuiusdā Romani pontificis
eundē impatorē Cōstantinū dixisse narrat. Si ꝓprijs oculis vidissem sa-
cerdotem dei peccantē. clamide mea cooperirē eū ne ab aliquo videretur
xcvj. dis. c. In scriptis Quid ergo dicent qui aliena peccata nō seruato iu-
ris aut doctrine euāgelice ordine. in publicū deferunt. vitāqꝫ ⁊ mores bo
norū corrūpunt. qui ꝓfecto deteriores sunt hijs qui subas alioꝝ ꝑdiaqꝫ
deripiunt. ij. q. j. c. Si peccauerit. et. vj. q. j. c Ex merito Vnde scriptum est
Omnis qui detrahit fratri suo homicida ē et omnis homicida nō habet
partē in regno dei. vj. q. j. c. Summa Verum tn̄ si quis sacerdotem sciat:
notorie per sententiam videlicet seu cōfessionem eius factam in iure: aut
per euidentiam rei que tergiuersatione aliqua celari non possit: esse forni-
carium aut simoniacū: sub eo audire missam vel aliqua sacramēta ab eo
recipere omnino non debet. xxxij. di. c. Nullus Ex quibus liquide mani-
festum est personas seculares nullam iurisditionem habere sup spūales
nisi sint incorrigibiles. j. q. j. c. Fertur. et. c. Cum nō ab homine de iudicijs
Itē ꝙ clerici bona ecclesie tpalia disponere possunt et augere. Nos Po-
loni satis manifestū habemus exemplum Etiam in patrono nr̄o sancto
Stanislao martyre ⁊ episcopo Cracouieñ. Qui ob regis tyrannidē viuis
deficientibus testibus pro recuperanda villa. a petro quodā milite pre-
fato sancto vendita. eundem venditorem tres annos in tumulo iacētem
et iam fere in cinerem redactum ad testimonium proferendū. resuscitauit
Mira res est et notatu digna. Si quidē illud esset illicitum nequaqꝫ deus
omnipotēs tm̄ miraculū p hūc virū sanctū effecisset. Melius itaqꝫ est ori
repagulum ponere. ecclesie nō cōtradicēdo dei. qui em̄ cōtradicit dei ordi
nationi resistit. qui autē resistunt ipsi sibi damnationē acquirūt. ad Ro-
manos. xiij. Et licet ipi clerici bona tpalia ecclesiastica disponere possunt
tn̄ bona tpalia et negocia secularia pertinētia ad rempublicam mūdanā
et seclares hoīes eis nequaqꝫ disponere licet Inhibet nāqꝫ illis hoc lege
canonica aplica et euāgelica Euangelica. Operamini non cibum q̄ perit
sed qui permanet in vitam eternā Joannis. vj. Canonica. xxj. q. iij. p totū
et. xj. q. j. Te quidē. Aplica. Nemo militans deo implicat se negocijs se-
cularibus vt possit placere ei cui se probauit. ij. ad Thimo. ij. Vnde etiam
in. l. Placet. C. de epi. et cle. dicitur ꝙ clerici nihil commune habent cum

publicis actibus. vel ad curam pertinentibus cuius corpori nō sunt an-
neri. per quē tātū patet: vt inquit Angelus in sua summa in v. clericus. ix
§. j. Et Panor. in. c. Nō minus de immuni eccle. q clerici nullum officiū
possunt licite habere in repub. vt probatur ne cle. vel mo. per totum. et. c
fi. de vita et ho. cle. facit. c. Reprehensibile. xxiij. q. viij Nec sunt de vniuer-
sitate seculari vt nō. in. c. Dilecta. de exces prela. Et sic concluditur q clerici
non debent attendere nec habere curam de mūdanis. nisi quatenus sunt
necessaria ad sustētationem corporis. ar. j. q. iij. c. Si quis obiecerit. 7. xcj.
distin. quasi per totum. vel in casu pyetatis. lxxxviij. distin. c. j. Si clericus
est qd ad eum pertinet aspiciat se mundanis et personis secularibus non
immiscens. Prouideant igitur domini temporales. ne negocia ptinētia
ad personas seculares clericis vllo modo cōmittant. sed ad talia pagenda
constituant personas seculares. litteratas tamen industres. sapientes. et
iustas. timoremqz dei ante ante oculos habentes. Clerici vero assistant
secularibus dūtaxat ad prospiciendum ne quid iniusti aut contra legem
dei seu sacros canones attentetur. Et ad hec quidem custodiēda vniuer-
saliter in suis dyocesibus vel parochijs debent prelati esse soliciti. Sed et
sua temporalia dispensanda cōmittere debent alijs vt ipsi liberius vacēt
diuinis. Vnde Bernardus ad Eugenium scribens dicit. Memento sal-
uatorem iudam habuisse iconomū id est dispensatorē. Quid ergo plato
turpius q̄z infima et vilia temporalium scrutari. et de suspicionibus sin-
gulorum moueri. Nam ad queqz perdita vel neglecta Egyptius ille om
nibus traditis Joseph ignorabat quid haberet ī domo sua. ꝑut dr̄ Ge-
nes. xxxix. Non frustra nempe dictū ē Episcopus aut sacerdos aut dyaco-
nus nequaq̄z seculi curas assumāt. finaliter deijciant. lxxxviij. distin. c. Epi
scopus. Vnde eorꝫ ꝓpria et ꝑcipua cura debet esse circa custodiā gregis
sibi cōmissi. orādo. ꝑdicādo. a vicijs elimando subditos. sacramēta dispē
sando. et sua iurta qd res exigit erogando. possunt tamen intendere mul-
tiplicationi temporalium ad vtilitatem ecclesie qñ opportunitas adest 7
fieri possit sine dāno spiritualium. al's nō. Alex. aūt scda scde ti. de auaricia
dicit. Qz eps non potest congregare ad sui tuitionem. siue ecclesie. sic rex
potest. sed debet conuertere res ecclesie in vsum ecclesie. qd facit paupib⁹
dando. Ratio est quia rex ad hoc constitutus est vt regnum in pace te-
neat et defendat ab aduersarijs. et ideo potest ad hoc cōgregare non sic
episcopus sed vt faciat bonū ecclesie qd facit indigentibus dando facit. c.
Aurum et. c. Sequens. xij. q. ij. Vnde tenet Thomas scda scde. q. clxxxv.
Qz si bona ecclesiastica non dispensat in pios vsus sed notabiliter deficit

peccat mortaliter. secus si in modico deficiat Addit tñ q si necessitas nõ imminet pro pauperibus q potest reseruare in futurum vel emere posses siones vt tempore necessitatis prouidere possit .x. §.

At his precursis redeundum est

ad ea bona que ad defensionem reipublice distincti regi sunt specificata. et per ipsum illegitime alienata. circa quorum reuocationem dubiũ oritur An etiã et ille qui alienauit ea reuocare possit. quia dicit sancta Birgitta li. iiij. c. iij. suarum re. et Speculator in. d. ti. de instrumentorum editione. §. nũc autem in fi. q futurus rex. seu successor quasi dicerent Non ille qui alienauit potest cõtrauenire et reuocare. quasi in penam eius. cum nemo potest venire contra factum suum. ff. de adop. l. Post mortem. Et de cle. con. c. Diuersis fallacijs in fi. His nõ obstantibus. dicendum est scdm Pau. de castro vbi supra. Et Panormitanũ i. d. c. Intellecto Q2 ipsemet qui alienauit. etiam potest alienata reuocare non solum per suos predecessores facta: vt vult Speculator. Verũ etiam p seipsum. Nam cum vt prefatus pau. dicit. alienatio tendat in preiudicium totius regni. nõ solius regis tm. et econuerso reuocatio alienationis tendat in vtilitatem totius regni non regis tantum. ipse idem poterit venire contra. et reuocare. C. de agri. censi. et colo. l. Quemadmodũ. li. xj. et. c. Si quis presbyterorum de re. ec. non alie. Et ad dicta iura respondendum est. q loquũtur quãdo reuocatio tenderet in vtilitatem solius reuocantis. et non sit alienatum cõtra legem. glo. dicta. l. Post mortem. Refert inquit. An aliquis faciat qd ẽ prohibitum a lege. an qd non est prohibitum in primo casu non obstat factum suum alicui In scdo obstat Et dictũ Speculatoris et scte Birgitte intelligere possumus eo casu quo alienatio non scandalizat nec damnificat regnum in vita ipsius regis alienantis. tunc posset tolerari vsq ad successorem Sed in regno nostro secus est. pter depopulationes et tributa grauia. Semper enĩ regnũ nostrum fere omni iustitia orbatum tributis grauibus et ab ipsis hostibus non solum enormiter leditur. Sed etiam iam fere anichilatur pter alienationem iurium et bonorum regis Et nedum ipsum regnum in temporalibus anichilatur. Verum etiam incomparabilis thesaurus christi preciosissimo redemptus sanguine. vt patet in his qui in captiuitatem ducuntur Et esto q rex alienans nõ posset venire contra suum factum suo nomine potest tamen nomine dignitatis sue. id est regni et corone atq regnicolarium. quorum est administrator potius q dominus quantum ad tales alienationes vt supra

ostensum est Potest igitur reuocare alienata. non obstantibus contractibus Sigillis regũ firmatis. quia tales contractus nulli sunt. eo q sunt cõtra ius et equitatẽ legis diuine. q̃ nõ patit quicq̃ alieni in aliũ trãsferre neq̃ ab alijs vsurpari. Non frustra quippe textus in. d. c Intellecto dicit Quia cũ teneat iura regni sui et honorẽ corone illibata seruare ꝛc. Et esto q non sit contra legem diuinam. tñ oĩno valere non possent quia essent contra ius in totius regni publicum fauorem et in odiũ alienantiũ editũ cui contraire vel derogare pacto priuato non licet. l Juspublicũ. ff. de pactis Et si quid sit contra legem talem attentatum. etiã si illud sit iuramẽto firmatũ est incassum et inane et penitus reuocabile. vt est expressum in. c. Si diligenti de foro cõpe. Non ideo enim leges. tanq̃ capisteria et freni equis. nobis sint edite vt eas transgrediamur. sed vt per eas dirigamur neq̃ ad sinistram neq̃ ad dextram partem declinando Unde si quis cõtrarium facit peccat Quia id peccatum est qd fit contra legem. xxiij. q. iiij. capitulo Qui peccat Hinc est q ea que fiunt contra legem non solum inutilia. sed etiam pro infectis habentur seu habenda sunt. xxv. q. ij. capitulo Imperiali. et. c Rescripta. et. l. Non dubium. C. de legibus nisi talia sint que nulli obsint et prosint alicui. xvj. questione. iij. capitulo Placuit. §. sic etiam in fi. xj. §.

Si quidem insuper ecclisia lesa fungatur iure minoris. que vt minor restituitur i integrum. C. de integrũ resti. mi. l. Minoribus in integrum. et. c Auditis de in integrũ resti. Per consequens ipsum regnũ seu rex Cum iura et bona eius nõ tm̃ vnius ecclesie. sed omniũ quodam modo existant. prout satis clare innuit dictum c. Grandi. Ibi cum dicitur. Cum ad curam et administrationẽ generalẽ et liberam regni tam regis q̃ ipsius regni vtilitate si prouide attendat ac ad defensionem ecclesiaꝝ monasterioꝝ. alioꝝq̃ pioꝝ locoꝝ regni ꝛ personarum ecclesiasticaꝝ tam religiosarum q̃ secularium Necnon viduaꝝ orphanorum et ceteroꝝ ibidem degentium ꝛc. Ad idem. xxiij. q. v. c Regũ et. c Principes. vbi dicitur Principes seculi nonnũq̃ intra ecclesiam potestatis adepte culmina tenent. vt per eandem potestatem disciplinam ecclesiasticam muniant Ceterum intra ecclesiam potestates necessarie nõ essent. nisi vt qd non preualent sacerdotes efficere per doctrine sermonẽ. potestas hoc impetret p discipline terrorem. sepe p regnũ terrenũ celeste regnum proficit. vt qui intra ecclesiam positi. cõtra fidẽ et disciplinã agũt rigore principum conterantur. ipsamq̃ disciplinam quã vtilitas ecclesie

exercere non preualet ceruicibus superborum potestas principalis imponat. et vt venerationem mereatur virtutē potestatis impartiatur. Cognoscant principes seculi deo se debere esse reddituros rationem. ꝑpter ecclesiam quā christo tuendam suscipiunt. Nam siue augeatur pax. et disciplina ecclesie per fideles principes. siue soluatur. ille ab eis rationem exigit. qui eorum potestati suam ecclesiam tradidit. Et in. d. c. Regum. sic dī Regum officium est proprium facere iudicium atqꝫ iustitiam. et liberare de manu calūniantium vi oppressos. et peregrinis pupillisqꝫ et viduis prebere auxilium rc̄. Ex quibus verbis sacrorum canonum liquide etiā manifestum est qualia et cuius regia bona sint. Unde bona regis quocūqꝫ titulo alienationis vsurpantes. Omnes has personas in presenti. §. expressas iniuria equidem maxima seu atrocissima afficiunt. ergo grauiꝰ peccant. ar. c. q. iiij. c. Quid ergo Nam non solum vnius ecclesie raptores censentur sed omniū ecclesiarum. cunctorumqꝫ regnicolarum. ob quorū defensionem instituta sunt. Unde quibuslibet regnicolis competit actio contra tales ar. d. c. Si quis presbyterorum. Et. c. Non liceat. xij. q. ij. Et profecto hoc vicio infecti videntur esse peiores paganis: qui lege nature recti nihil iniusti in republica ausi sunt facere. vt pꝫ de Pittaco mityleneo de quo narrat Ualerius. li. vj. Qꝛ cum agri pars per eum ab hostibus recuperati consensu omniū ei offerretur. auertit animum ab eo munere deforme iudicans virtutis gloriam magnitudine prede minuere. Nec ille

Quarta ꝛ vltima pars huius tractatus quomodo illegitime alienata seu mala fide acq̄sita sint restituenda ostendit.

¶ Cum autem iura et bona regis sint aliena. quia totius regni iure gentium ad se tuendum instituta. ipsiqꝫ regi specialiter cōsignata vt supra ostensum est. Igitur necessario eidem sunt restituenda. Nam regula est iuris naturalis et diuini nedum humani Qꝛ quilibet qui habet de alieno vel qđ ad alium spectat seu debetur omnino restituere debet de necessitate salutis. xiiij. q. vj. c. Si res. et. c. Cū tu de vsur. Et. l. Iustitia. §. iuris precepta. ff. de iustitia et iure. .j. §.

.ij. §.

x ex contractu ... et quocunqꝫ alia causa

Et non solum tenetur restituere rem sed etiã fructus eius. ar. l. Indebiti. ff. de condi. inde. Et. l. Videamus la. ij. §. Infauiana quoqȝ. ff. de vsur. vbi in hac. l. vltima dicit text⁹ alienata reuocantur. Fructus quoqȝ restituuntur Nam pretor id ait. vt perinde sint omnia atqȝ si nihil alienatum esset qđ non est iniquum. Nam ꝛ verbum restituas. qđ in hac re pretor dixerit. Plenam habet significationem vt fructus quoqȝ restituantur. Et ideo cum restitui pretor vult veluti interdicto. Vnde vi fructus sunt restituendi ꝛc̃. iij. §

Et non tantũ res cũ prouentibus perceptis restitui debent. Verũ etiam prouentus seu fructus percipiẽdi ar. l. Si nauis. §. vltimo. ff. de rei. ven. et. l. Fructus nõ modo. ff. eo. ti. ꝛ. l. Sȝ et partus. ff. qđ metus causa. Vbi glo. ponit tres casus in quibus possidens cum titulo tenetur non solum rem cum prouentibus perceptis restituere Verũ etiã omnes percipiendos. Primus est quando titulus est habitus contra interdicta legum l. Queãdmodũ. C. de agri. censi. et colo. li. xj. ꝛ hic casus primus est propositi nostri: quẽ etiã glo. repetit in c. Nõ liceat. xij. q. ij. Scđs ẽ quando titulus habetur in fraudum creditorũ. l. j. ff. De hijs qui in frau credi. Tercius est quando titulus habeť exemptiõe rei fiscalis sine debita solẽnitate. C. de fide instrumentoꝝ et iure haste fiscalis. l. j. li. x. Et facit ad ea. l. j. C. de predijs decurio siue decre. non alie. li. x. et l. Certum est. et. l. domũ. C. de rei. vendi. facit optime ad predicta: qđ nõ. Panor. in vlti nõ. c. Ad nostrã. de reb⁹. ec. ali. vel nõ alie. iiij. §

Vnde ex pretactis iuribus patet Qȝ dicti vsurpatores fructus seu prouentus predictorum bonorum restituere. tenentur tempore medio perceptos. nisi forte eorum quosdã legitima excuset causa. Et pecunias perdunt si quas in talibus bonis habeant. de probi. feu. alie. per Lotharium. c. Imperialis facit. d. c Non liceat. xij. q. ij. et. xvj. q. iij. c. Placuit. §. vniuersas Et hoc forte ideo vt aliquã penam sustineant de tali illicito contractu ab eis scienter facto: vt inquit glo. vltima. §. j. c. Imperialem. ti. de probi. feu. alie. per fre. coll. x. Quibus concordat. c. ij. li. iij. Statutorum regni nostri Polonie: sibi nãqȝ imputẽt qui cum eo faciunt contractum: qui de iure alienare non potuit Quẽ qđ recte sapientẽ lateat rem alienam aut a lege alienari prohibitam Ementẽ aut in pignus vel hypothecam recipientem hanc incurrisse penã. Satis

quippe clare manifestũ ē. q rem alienam scienter emens. aut pro aliquo recipiens ⁊c. Non solum non potest repetere preciũ a legitimo domino rei. C. de furtis. l. In ciuilem. Nec etiam ab ipsius vẽditore seu alienatore l. Si mancipium. et. l. Mater. C. de rei. ven. Hoc nãq generale est. q ptra legem cõparans aut mala fide acquirẽs. neq a dño rei. neq ab ipsius: vt dictum est: venditore. seu alienatore preciũ repetere potest. vt patet. C. de agri. censi. et colo. l. Quemadmodũ. li. xj. Et. l. j. C. de prescrip. xxx. vel. xl. annorum. et sic de alijs iuribus ad idem iunctis eis superioribus iã dictis Et merito talem incurrunt penam. quia contra legẽ peccãt. Qui enĩ cõtra legẽ delinquũt lege puniunt seu puniri debent. x. distin. vides. Iure ḡ procedendum est cõtra tales Nam qđ iure fit. iuste fit. et qđ iuste. bene. c Ius dictum de ver. signi Neq vt videtur ipsis est parcendũ cum homo non debeat esse clementior lege. In autentico de iudicibus. § Oportet. col· vj. Nam faciẽtes contra statutum aut legem presumuntur esse in dolo· Bal in. l. Leges. C. de legi· Et Inno. c. Super eo. de his que vi. metus ve. cau. fi Etiam lucrari cum aliena iactura ẽ dolus. l Si quis. ff. de instito. Et dolus nemini patrocinari debet. l. Verũ. §. hoc quoq. ff. pro socio. Et de empti. et ven. c Ad nostram Et posito q non presumantur esse in dolo. aut q fide bona contrahant nihil omnino de prohibitione iuris sciẽtes tamẽ legis penam euadere non possent Non frustra enĩ dr̃ Quando cõtra precepta legum quis comparat pretextu ignorantie non effugiet penas. ff. de iuris et fac. ignorantia. l. Iuris ignorãtia. la. ij. in glo. facit qđ dr̃ Quicũq stultus est in culpa erit sapiens in pena. xxxviij. distin. c Qui ea Cui concordat Panor. in. c Dilecto de preben. et Bar. et Alexander de Imola. in l. Sed et si lege. §. scire. ff. de peti. here. Frustra ergo si legem in auxilium inuocat. qui contra eam facit. l Auxilium in fi. ff de minori. et de vsur. c Quia frustra Uerum tamen precium in reipublice vtilitatem versum restitui debet si ex fructibus seu prouentibus non sit satis factum ar. l. Si preciũ. C de procura. et. c. j. de Solutio Et tunc quidem respub. vel successor in officio eius positus ex facto sui antecessoris ad restituendam pecuniam seu precium teneri dr̃ quando illa pecunia probaret vere ⁊ de directo fuisse cõuersa in reipublice vtilitatem ar. eorum que nõ. Pau. de castro. con. ij. Et facit textus. c. j. de deposi. et. c. Qđ quibusdam de fideiusso. Quod tamẽ intelligendum est si ex illa pecunia seu precio respub. facta sit locupletior. et creditores vel emptores essent in veritate bone fidei De talibus enĩ intelliguntur iura proxime allegata cum eorum cõcordantijs. alias id est si sint male fidei tunc: vt dictum est: in penam perdunt precium et omnem vtil

tatem: et applicatur reipub. et hec patenter nõ. per Panor. et alios docto res canonistas in. c Si quis. et in. c Ad audientiã de re. ec. alie Et p docto res legistas in. l. Jubemus Et in Autẽtica. Qui res. C. de sacro san. ec Et ẽ textus et glo. nõbilis i. d. c Imperialẽ. et d. c Imperialis Sed posito q̃ cõstet rempublicam esse ex illa pecunia locupletiorem Dictiq̧ emptores seu Hypothecarij essent bone fidei. ac tamẽ si recte aduertere velimus eã vt mihi videtur repetere non possent nisi forte paucis eorum quibusdã exceptis Nam bona nobilium (qui reipub. milites et tutores ac regis co adiutores dicuntur) et bona regia eandem iuris dispositionem quodam modo habent Et sic ipsi alienis aliena mercatum esse videntur duplicem rapinam cõmittentes Siquidem tñ pecunia quã ipsi super bona regia de derunt. conuersa sit ad reipub. defensionem bene gestum est: quia eiꝰ erat Unde ipsi eam repetere non possunt. quia hoc fecerunt ad qḋ tenebãtur Sin nõ et tũc et ipsi et rex de mala administratiõe tenent reipublice tãq̧ eius tutores vel curatores. l. Magistratus. ff. de administratione re. ad ci. perti. et. l. j. C. de periculo tutoꝝ Qui nec debent vtilitatẽ suã pponere rei publice vtilitati. vij. q. j. c Scias. et tenent ei nedum de damnis illatis. verũm etiam ad interesse qñ ei potuerunt acquirere et neglexerunt adinstar tutoris vel prelati ecclesie. vt in. l. Quicquid. C. de arbi. tu. et in. l. Pupilloꝝ C. de administra. tu. facit textus et glo. in. c Quicũq̧. xij. q. iiij. Unde h etiã notãdum ẽ q̃ qui reipub. vel alicui dño fidelitatẽ iurat. ista sex semper in memoria debet habere Incolume. tutum. honestũ. vtile. facile. possibile. Ut dr̃ in. c. De forma. xxij. q. v Incolume videlicet ne sit in damnũ ei cui iurat illesum eũ in corpore conseruãdo Tutum ne sit ei in damnum de se creto suo vel de munitionibus p quas tutus esse potest Honestũ ne sit ei in damnũ de sua iustitia vel de alijs causis que ad honestatem eius ptinere videntur Utile ne sit ei in damnũ de suis possessionibus Facile vel possibile ne id bonũ qḋ respublica vel dñs suus facere leuiter poterat. faciat ei difficile Ne ve id qḋ possibile erat reddat ei ipossibile vt fidelis hec documẽta caueat iustũ ẽ Sed quia non sufficit abstinere a malo nisi fiat id qḋ bonũ est: restat vt in eisdem sex supradictis cõsiliũ et auxiliũ reipub. vel dño suo fidele prestet si beneficijs dignus videri vult et saluus esse de fidelitate quã iurauit. et infra qui in eorum preuaricatione vel faciendo vel consentiendo deprehensus fuerit perfidus et periurus cẽsebitur Hec ex d. c De forma notẽt hec reipub. rectores aut hij qui fidelitatẽ alicui iurant Q cq̃ grane sit peccatũ piuriũ qḋ homicidio equipatur et infamiã infert patet. vj. q. j. c Infames. et. c. se. et. xxij. q. iiij. c Inter cetera circa mediũ. Si

quidẽ priuate et singulares persone indemnem reddere debẽt rẽpublicã et ei thesaurizare: iuxta illud Tullij. li. iij. de offici. dicentis Necq̧ em̃ solum nobis diuites esse volumus sed liberis propinquis amicis maximeq̧ reipub. Singulorũ em̃ facultates et copie diuitie sunt ciuitatis ꝛc̃. Multomagis hoc tenentur ipsi rectores reipub. tum ratione iuramenti ꝑ eos prestiti. tum ratione administratiõis et possessionũ a repub. ꝓpter eius tuitionẽ per ipsos possessarũ Certũ est em̃ ꝙ omnis principatus in populo institutus est ꝓpter bonũ populi. vt hoc etiã probatur ꝑ phm quasi per totũ. li. quintũ Politicoꝝ Vñ pꝫ ꝙ hereditates principatiue id est dominorũ sunt quasi cões Hoc est sunt ordinate iuregẽtiũ ꝓ sustẽtatione ꝑsonaꝝ ad cõmune bonũ tẽdentiũ Et inde ẽ ꝙ sunt magis libere q̃ʒ alie Ex quo patet ꝙ naturaliter ratione ipsarum dñi possidentes eas ad tria principaliter necessario sunt obligati Primũ ad faciẽdũ iustitiã subditis et ꝓpter hoc ipsi custodes iustitie sunt Scd̃m vt inducãt eos et dirigãt in bonũ finem Terciũ ẽ vt necessitatis tempore ip̃os subditos defendant a violentia extraneorum. et etiam vt mutuam habeant inter se pacem facit xxiij. q. v. c Administratores. vbi dr̃ administratores plane secularium dignitatum qui ad ecclesiarum tuitionem pupillorum ac viduarum protectionem. rapaciũq̧ refrenationem constituti esse ꝓculdubio debẽt Quotiens ab ep̃is et ecclesiasticis viris conuenti fuerint eorum querimonias attentius audiant. et scd̃m ꝙ necessitas expetierit absq̧ negligẽtia examinent. et diligenti studio corrigant ꝙ si dei timorem preoculis non hñtes negligere post scd̃am ꝛ terciam admonitionem inuẽti fuerint omni se nouerint cõmunione vsq̧ ad condignã satisfactionẽ priuatos Ad idẽ. d. c. Regum. et. d. c Principes. ea. q. Ex quo etiam patet ꝙ deberent esse nobiles in numero cõpetenti ad regendum policiã cum ad hoc sint ordinate tales possessiones. que etiã deberent esse tante ꝙ sufficerẽt eis scd̃m statũ eorum competentẽ Ex quo sequitur ꝙ in distribuendo illas oportet prouidere principaliter nõ possidẽtib⁹ sed cõmunitati. ar. de p̃ben. c Ratio nulla ꝑmittit Propter qd̃ em̃ vnũqd̃q̧ et illud magis. C. de sacro sanc. autentica Multomagis et. l. Quantomagis. ff. de iureiuran. Nam principãtes sunt ꝓpter cõmunitatẽ sed non ecõuerso Et pastor ẽ ꝓpter oues. et nõ oues ꝓpter pastorem Vnde et dominus pascere oues rectores docuit. et omnibus ministrare. et non exactionibus illicitis opprimere. xvj. q. j. Nulli Et sicut pater filijs congregat et eorum vtilitatem procurat. sic rectores suis subditis facere debent. xvj. q. j. c Predicator et de censi. c Cum ap̃ls. Interest em̃ dñoꝝ vt subditi diuites fiant in autẽtico. vt iudices sine

quoquo suffragio fiant.§ Cogitatio.colla.ij.Caueant ergo principantes ne sua dūtarat cōmoda querant. alioquin essent de numero illorum de q̄bus conqueritur deus dicens Ve pastoribus qui pascebant semetipos nōne greges a pastoribus pascuntur Et quibus etiam sequitur q̄ nō est iustū vt vnus habeat tot feuda seu possessiones vel dignitates quot cō⸗suetudo eas acquirere p̄mittit scd̄m ph̄m vbi supra.ar.de preben.c Quia intantū.et.lxxix.distin.c Singula. Patet quia staret vnum habere quasi omnes possessiones totius regni vel ducatus seu districtus.sed hoc non est conueniens cum tales ordinentur ad tuitionem patrie. et quia vnus nō posset adeo bene patriam defendere.et iustitiam debitam subditis ad ministrare sicut plures imo tanta cumulatio possessionum esset p̄ bonū patrie et esset abuti illis possessionibus.qm̄ non est dubium quin inten⸗dant eas ordinare pro tuitione reipub Si em̄ totū corpus:vt inq̄t ap̄ls.j ad Corinth.xij. Sit oculus vbi erit auditus Et si totum auditus vbi odo ratus ꝛc̄.Unde sicut varietas membrorū per diuersa officia et robur cor poris seruat et pulchritudinem representat.ita varietas personarum per diuersa nihilominus distributa officia et fortitudinem et venustatem rei publice manifestat Et sicut indecorum est in corpore humano vt alterū membrorū alterius fungatur officio.ita nimirū noxium simulq̄ʒ turpis⸗simū est si singula rerum ministeria personis totidem non fuerint distri⸗buta ꝛc̄. Item si in ciuitatibus politice rectis seruatur ꝛ custodit̄ maxime ne vnus ciuis duas vel plures habeat domos.quia ex hoc redditur ciui tas minor.non quidem minor numero possessionū sed minor affectione dilectionis et prouisione Unde et quodam modo sequitur ciuitatis de⸗sertio Nam per hoc q̄ vnus habeat plures domos et possessiones tem pore labente ruere solent.et possessiones non ita debite pro republice et augmento et decore per vnum disponuntur sicut per plures ꝛc̄.Item in dictis ciuitatibus pro lege seruat̄.ne vnus homo duo vel plura exerceat artificia.sed scd̄m q̄ artificia sunt distincta.sic etiam distincti constituunt̄ artifices.quia sic et expeditius et magistralius pro republice ornamēto vel decore disponuntur artificiata ꝛc̄. Multo autem magis hoc seruari debet et inuiolabiliter custodiri in beneficijs vel officijs vbi ne dum rei⸗publice verum etiam et animabus damnum equidem et maximum infert̄ propter beneficiatoꝝ absentiam et iustitie debite nō administrationē ꝛc̄. Et si maledicantur qui domum ad domū et agrū ad agrum coniungūt Dicitur em̄ Esaye.v. Ve qui coniungitis domum ad domū et agrū agro copulatis vsq̄ʒ ad terminū loci.nūquid habitabitis soli vos ꝛc̄. Quāto

magis qui officiū officio vel beneficiū beneficio sine legitima causa alr̄s ex
ambitione vel cupiditate ad tenendū assumūt Quod ne fiat. regum ē ta-
libus obuiare cecam auariciam et dignitatū ambitionem exterminando
Cum sint patres patrie in plenitudine potestatis ad regimē reipub. mūs-
dane totius regni imediate assumpti Unde et eorum auctoritate alij qcs-
quid tpalis habent ab ipsis regibus habent. viij. distin. c Quo iure Qui
cum assumpti seu iuregentium instituti essent ipsi sibi assumpserunt. pro
ceres et nobiles sollicitudinis vices suas impartiendo. ar. ij. q. vj. c Qui se
scit. et. iij. q. vj. Multum stupeo. et. l. j. §. neqȝ. C. de vete. iure. enu. et ꝑ vtili
tate regnicolarum inuigilant et noctes ducunt quandoqȝ insomnes.
ipsosqȝ regunt et gubernant ⁊ subueniunt eis cum opus sit tanqȝ patres
filijs in autētico vt iudices sine quoquo suffragio fiant. in prin. col. ij. Et ī
autentico vt diuine iussi. subscrip. ha. glori. questoris. col. viij. Sic et ecō-
uerso debent regnicole tanqȝ boni filij regibus subuenire cum opus est.
C. de bo. que. libe. l. Cum non solum. §. ipsum autem filium Quia sicut ca
put subuenit membris ita et econtra membra debēt capiti subuenire. alr̄s
deficiente capite membra arescerent. ar. xxiij. q. j. Loquimur. xxiij. q. vij. c.
Quemadmodum Ex quibus sequitur ꝙ sicut regis bona exposita sunt
ad reipub. defensionem sic et bona procerum vel nobiliū exponi debebāt
quia ad hoc: vt dictum est: ordinata sunt et primitus eisdem ob illā cām
data. Et hoc expresse dicit Versor in nō. li. quarti. Politicorū facit. c Mi-
litare. xxiij. q. j. Indecens est profecto membra esse potiora capite. xj. dis.
c. Miramur Et turpis est omnis pars que suo vniuerso non congruit.
viij. distin. c. Contra mores Et qđ sentit caput debent sentire et membra
ar. vj. q. j. Sunt plurimi. §. Verum. et. ij. q. vij. Sicut inquit Idē em̄ iuris
esse debet in parte qđ et in toto. ff. de rei. ven. l. Que de tota. et. l. Jurisgen-
tium. §. adeo. ff. de pactis facit optime. c. Non decet. xij. distin. Quibus āt
scȝ bonis procerum et nobilium non suppetentibus tunc recursus de-
beret haberi ad populum et vniuersaliter quidem ad omnes regnicolas
Preterea et statuto regni nostri cauetur sic Barones et nobiles secundū
quantitatem et possessionem suorum bonorum et redituum certis arma
tis hominibus seruire regno et prodesse sint obligati. Remqȝ publicam
seu metas vel limites regni ab insultu et incursu emulorum et hostium
ꝓprijs sumptibus tueri debeāt et oimode teneātur. Nec ex. cxxij. statuto
in antiquis et. 50. folio in nouis. §. metas. Quibus cōcordat. d. c. Mili-
tare. xxiij. q. j. facit. l. Milites C. de loca. et in Autēti. vt neqȝ miles federatus
obsit domui priuate aut possessioni alicuius. col. viij. Ex qbus iā sequit̄

ꝙ regnum seu rex non tenebatur vltra facultatem bonorum suorū alios
milites preter predictos ad defensionem regni seruare et illis impendere
Item sequitur ꝙ iste extra ordinarie cōtributiones vel potius excorigi-
tiones regnicolaꝝ sunt indebite et iniuste. Itē sequit̄ ꝙ si pecunia quā p̄-
fati Barones et nobiles super bona regia dederūt. fit conuersa ad defen-
sionem reipublice. ꝑ ipsos: vt dictū ē: repeti nō possit quia soli ꝑsonaliter
rēpub. defendēdo exponere illā debuerant v. §.

Preterea iure naturali seu diuino

nedū positiuo seu humano in extreme necessitatis tpe oīa sunt cōmunia:
l. ij. §. Cum in eadē ꝑ Bar. ff. ad. l. Ro. de iactu. et. xlvij. distin. c Sicut hij
§. j. et. c In singl'is. lxxxvj. distin. Et ꝑfecto tenemur cū passis dāna ꝑferre
et eoꝝ casum habere ꝓ nostro ꝓprio. Necessitatē nāqȝ alienā debet quis
ꝓpriā extimare i Speculo de. offi. or. §. iij. et. lxxxvj. distin. c Fratrē. facit ad
idē: qd̄ habet Ioh. vj. vbi legit̄ ꝙ Sapiētia diuina Ihesus christus dn̄s
et saluator noster qnqȝ alienos panes recipiēs et duos pisces qui erant
ꝓprij. cuiusdā pueri eos inter necessitatē patiētes distribuit. qd̄ eñi al's eēt
illicitū Hoc necessitas facit licitū. maxime extrema vt pȝ i regula Qd̄ nō
ē licitū Quis aūt nō dicat hāc esse extremā necessitatem in regno nr̄o. vbi
nō solū corpa pereūt Uez etiā ꝑciosissim⁹ thesaurus christi sanguie re-
dēptus Pro cuius cōseruatione aīas nostras oīno exponere debemus
j. Ioh. iij. Si qdem debemus (vt dicit sanctus Joannes) id qd̄ maius ē
animas videlicet ꝓ fratribus ponere Ergo cōcludit̄ id qd̄ supra Unde et
alij q abūdant et succurrere nolunt ꝓ defensione. in tanta necessitate pos-
torum regnicolaꝝ pecunias dādo. predonibus equipant̄ et furibus. d. c
Sicut hij. §. j Quia hoc vsurpāt qd̄ exponere tenent̄ Unde et iniquitatē
cōmittūt ea retinēdo. xxxij. q. iiij c Si nō sunt in glo. Et peccāt g̃uiter. qa ꝯ
ꝑceptū charitatis faciūt. quo cauet̄ ꝙ exponat̄ corp⁹ ꝓ aīa ꝓximi ⁊ sub-
stātia ꝓ ei⁹ salute corꝑali de pe. ij. distin. c Charitas ē. j. Nō frustra nēpe
dr̄ q iussa charitatis spernit. deū q ē charitas tāqȝ Judas ꝓdit. xj. q. iij. c.
Abijt. vij. q. j c Omnis q. et Ioh. vbi supra Qui habuerit subam huius
mundi et viderit fratrē suū necessitatē habere. et clauserit viscera sua ab eo
quo modo charitas dei manet in illo Unde et talibus dicetur Ite male-
dicti in ignem eternū qui paratus est dyabolo et angelis eius ⁊c. Math.
xxv. vbi patet ꝙ ꝓpter solam operū misericordie ommissionem damnat̄
aliquis per qd̄ innuitur ꝙ de necessitate a nobis sunt facienda Nō putet
quidē se homo esse dn̄m. sed dispēsatorem bonoꝝ huius mūdi sꝫ primo

ceru principe.et ideo si nō dispensat ea.vbi.et qñ.et qbus oportet. peccat
et male agit Et ideo apl's.j.ad Thimo.vltimo dicit Diuitibus huius se-
culi precipe facile tribuere et cōmunicare.qd dictū apli non solum intelli-
gitur quantū ad casum necessitatis.sed etiã quantū ad congruitatē scdm
phm.ij.Ethicoꝝ Et Richar.in.iiij.Sententiarum distin.xv.O si passos
miserari nō vultis.saltē vestrarū misereamini animaꝝ.qd nãq ꝓdest hoī.
vt inqt saluator.si vniuersum mundū lucretur.anime vero sue detrimētū
patiat.aut quã dabit cōmutationē ꝓ aĩa sua ⁊c̄.Mathei.xvj Clamant
captiui.clamāt afflicti.et nō ē qs subueniat. vbi ē charitas. vbi ē dilectio
proximi.sic ne implet id mandatū dei Dilige ꝓximū sicut teipm Math.
xxij. Aut illd Omnia q̄cūq vultis vt faciãt vobis hoīes ⁊ vos facite illis
Hec eñ ē lex et ꝓphete Mathei.vij.Mirandū ꝙ ē et stupēdū vel poti⁹ de
falsis christianis dolendū ostēdentib⁹ specie se esse christianos.et tñ ope
oñdunt falsitatē q nec cōpatiunt fratrib⁹ aduersa patiētibus Vñ ⁊ de hīs
verificat qd apl's ait.ij.Thimo.iij. Habētes quidē speciē sanctitatis veri
tatē aūt abnegātes Que cōsciētijs quorūlibet ĩprimēda sunt Et summe
ab eis animaduertēda.Nã nō p argentū vel aurū alia ve tpalia. ꝫ solū p
obseruationē.mādatoꝝ dei dat nob aditus ad regnū celorū vt pꝫ Math
xix.Nec ē eñ via vt ait ꝓpheta Ambulate in ea et nec ad dexterã nec ad si
nistrã declinate Esaye.xxx.Sicut eñ sine via nullus puenit quo tendit.ita
sine obseruatione mādatoꝝ dei seu charitate q̄ dicta ē via nō ãbulare pñt
hoīes ꝫ errare de pe.ij.distin.c Charitas Et oīno sine ea hoīes sunt mor
tui.iuxta illud Qui nō diligit manet in morte de pe j.distin c Porro ꝓpe
fine Ne ꝙ hac morte moriamur: dat nobis p̄ceptū saluator dicēs Nec
mādo vobis vt diligatis inuicē Joãnis.xv Si eñ deus dilexit nos:vt in-
quit sctūs Joannes:et nos debemus alterutrū diligere Diligamus igit
nos inuicē.qa charitas ex deo ē.et oīs q diligit fratrē suū ex deo nat⁹ ē et
cognoscit deū.q nō diligit.nō habet charitatē.et nō nouit deū:qm deus
charitas ē.j.Joãnis.iiij Si aūt hō tenet natura ad h instigãte se exponere
ꝓ patria.adeo ꝙ ꝓpter ipsius defensionē excusat pr occidēs filiū: vt dicit
Panor.in c Peruenit de imunit ecclesie Multomagis hoc idē tenet ꝓ sa-
lute populi et fide christiana Naturale eñ ē (vt inqt Egidius ĩ de regimĩe
principū)partē se exponere periculo ꝓ toto vt brachiū statim se exponit
ꝓ defensione corpis Preter ꝙ ordinē naturalem agit qlibꝫ regnicola ma-
xime cuius interest:si nō exponat se periculo ꝓ defensione patrie de q̄ ait
Tullius in questionib⁹ Tusculanis dicēs Tanta charitas ē patrie:vt eã
nō sensu nostro ꝫ salute ipsius metiamur Jtaq nō deterret sapiētē mors

que ꝓpter incertos casus quotidie imminet ꝓpter breuitatē vite nunq̄
pōt lōge abesse, quo minus in omne tp̄s reipublice suisq̄ꝫ cōsulat ꝛ poste
ritatē ipsam cuius sensum habiturus nō sit ad se putet ꝑtinere ꝛc̄ Multo
vero magis ꝯ̄ ordinē nature et diuinā legē agit. q̄ rē priuatā nō exponit ꝓ
repub. rē inanimatā ꝓ re animata. rē caducā et corruptibilē ꝓ re eterna ꝛ
incorruptibili. ꝓ qua dei filius nō rē tp̄alem ſꝫ seip̄m exposuit. suūq̄ꝫ p̄cio
sissimū effudit sanguinē. nobis exemplū relinquēs vt sequamur vestigia eī
j. Petri. ij. Vñ apl's ait ad Philipeñ. ij Hoc sentite in vob q̄ꝺ et i christo
Jhesu cui Aug. cōcordat de vita christiana dicēs Christiani nomen ille
frustra sortit̄. q̄ christū nō imitat̄ Nō frustra q̄ppe dictū ē Si q̄s mihi mi
nistrat me sequat̄ Joh. xij Non sit igit̄ nobis graue ꝓ nostra patria ꝛ sa
lute populi oīa exponere tp̄alia: iuxta illud Perde pecuniā tuā ꝓpter fratrē
et amicū tuū. et nō abscōdas illā ecclesiastici. xxix Nos deniq̄ꝫ ipsos si sit
opus nō deterreat ꝓ fratrib' vitā nostrā exēplo saluatoris eiusq̄ꝫ martirꝫ
ponere Melius ē ꝑfecto nos mori in bello q̄ꝫ videre mala gētis nostre
et sanctoꝝ. j. Machabeoꝝ. iij. q̄si nos lateat q̄ȝ morientes i bello ꝯ̄ infideles
celoꝝ regnū merent̄. xxiij·q·viij. c Omni timore vj. §.

An autē rex possit illis remittere

ea q̄ restituere tenent̄ Videt̄ q̄ȝ nō. q̄a q̄ remittit dare intelligit̄. viij. q. iij. c
Talia Sed rex etiā cū cōsensu omniū ꝓceꝝ regni Ea q̄ cōmunitati ꝑiudi
ciū inferūt iuste dare nō pōt. vt supra ostensum ē Ergo nec remittere sine
coꝝ cōsensu q̄bus iniuria seu dāna sunt illata: facit q̄ꝺ nō. Bar. in. l. Ambi
ciosa. ff. de decre. ab. ordi. faciēdis Et Alexāder de Jmola. in. l. Prohibere
§. plane. ff. q̄ꝺ vi aut clā. et. l. j. et. l. preses. C. de trāsac. Et. c. fi. de maio. ꝛ obe.
Et nō. in. c Si is q̄. xxiij. q. iiij Non ē em̄ tm̄ solius regis aut ꝓceꝝ iniuria
ſꝫ cunctoꝝ regnicolarū: et maxime illoꝝ q̄ in captiuitatē ducti sunt Et ide
circo si reddere se velint in cōsciētia tutos necessariū videt̄ vt omnib' resti
tutis scd̄m posse suū de reliquo penitētiā agētes. suā exponāt vitā contra
paganos bellādo Eos reuocātes q̄ in captiuitatē ducti sunt Secus autē
esset vbi rationabilis causa illud exigeret Nā p̄nceps ex rationabili causa
tollere p̄t rē vnius et dare alteri: pꝫ hoc ex nō. in. l. fi. C. Si cōtra ius vel vti.
publi. et. ix. q. vlti. c Per principalē. et. c Cōstitutus. de religi. domi· Vnde
etiā versor in nō. li. quarti Politicorū dicit: licite pōt princeps et sine ra
pina capere bona alicuius in casu quo tota cōmunitas indigeat ipsis. vel
q̄ȝ essent nociua reipublice. q̄a tota cōmunitas habꝫ maius ius in bonis
alicuius quā ꝓprius possessor: imo sup corpus ꝓpriū. Nec ille Sꝫ forte

quereret aliquis An princeps secularis possit hoc facere ecclesiasticis psonis Respondet q nō. qa nō sunt ipsius sbditi. quibus nec ius quesitū auferre pōt nec in eoꝝ piudiciū quicq statuere vt in. c Que in ecclesiaꝝ. et c. Ecclesia sancte Marie de cōsti. nec ab eis telonea exigere vt in. c Quāqꝫ de cēsi. li. vj. et in cle. pñti. eo. ti. Dñ Innocentius in. c Nouit de iudici. et post eū Paulus de ca. xlv. cōsilio dicūt. nō pōt princeps auferre ius q̄sitū nō subdito suo etiā si erat q̄sitū p suā legē vel priuilegiū. quia cū p eā sit ecclesie ius q̄sitū et illa nō subest principi. nō pōt sibi predictum ius auferre Preterea bona clericoꝝ sunt deputata publico vsui spirituali. xij. q. j Videntes. xvj q. j. Qm̄. de preben. c Ratio. et. l. Placet. C. de. epi et cle. Et omne quicqd ecclesie dat deo offert et ad vsum sanctoꝝ sacerdotū et pauperū cōceditur. xij. q. ij Predia Hinc etiā dicit textus in. c Nulli liceat ea. q. Qꝛ omne illud qd ecclesie cōsecrat siue fuerit animal siue ager sanctū sanctoꝝ dño deo efficit et ad ius ptinet sacerdotū ꝓpter qd inexcusabilis erit ois q. que a dño et ecclesia cui cōpetūt aufert ꝛc̄. Nō g dñt mūdano vsui et publico deseruire. qa semel deo dedicatū ad humanos vsus trāsire nō debet amplius vt dicit regula Semel deo de Re. iur. li. vj Sꝫ ad vsum publicū spirituale cui sunt deputata Nā et ius publicū versat in sacerdotib9 et sacris. ff. de iustitia et iure. l j. §. publicū ius in sacris. et. j. distin. Jus publicū Ex quibus cōcludit q nō pñt seclares pedagia vel telonea a psonis ecclesiasticis exigere et exactiões extra ordinarias et supindicta i eis vl eoꝝ bonis instituere Et ē textus clarus etiā i. l. Placet. C. de Sacro sanc. eccle. Et. l. Jtē nulla. C. de epi. et cle. vbi dr Jtē nulla cōmunitas vel psona publica vel priuata collectas exactiones Angarias vel pangarias ecclesijs vel alijs partis locis aut ecclesiasticis psonis imponāt aut inuadere ecclesiastica bona p̄sumāt. qd si fecerint et requisiti ab ecclesia vel imperio emendare cōtempserint triplum refundant et nihilominus bāno impiali subiaceāt qd absqꝫ satisfactione debita nullatenus remittat Hec ibi. Ex qbus pꝫ q etiā iminente necessitate clericoꝝ et laycoꝝ nō tenent clerici aliquid cōferre Generaliter eñ ꝓhibet in p̄dictis legib9 et iuribus ne qs audeat ab ecclesijs et psonis ecclesiasticis exigere collectas exactiones ꝛc̄. q oia ꝓpter cōmunē vtilitatē et defensionē reipublice in qua indubie icludit vtilitas ecclesie et clericoꝝ. exigunt. alias deterioris cōditiōis essent sacerdotes dei veri quā sacerdotes Belial et pharaonis. q nedū ipsoꝝ sacerdotū verū etiā terre eoꝝ imunitatē seruabat vt pꝫ Genesis. xlvij. vbi sic dr Emit Joseph omnē terrā Egypti vēdentib9 singulis possessiones suas p magnitudine famis subijecitqꝫ eā Pharaoni et cūctos populos eius

a nouissimis terminis Egypti vsq3 ad extremos fines eius preter terrā sa cerdotū q̄ a rege tradita fuerat eis qbus et statuta cibaria ex horreis pu blicis prebebant̄ et ideirco nō sunt cōpulsi vendere possessiōes suas ⁊ infra ex eo tpe vsq3 in p̄sentē diē in vniuersa terra Egypti regib⁹ qnta ps soluit̄ et factū ē quasi in legē absq3 terra sacerdotali q̄ libera ab hac ꝯditione fuit Itē .j. Esore .vij. dicit rex suis ministris. vobis notū facimus de vniuersis sacerdotib⁹ et leuitis cantoribus et ianitoribus Nathinneis ⁊ ministris domus dei huius vt vectigal et tributū ⁊ annonas nō habeatis ptātem īponēdi sup eos Nec ibi Seculares g̃ cū sint mūdani et ṗncipaliter hn̄t vtilitatē in republica mūdana et ad eā ꝓcurandā regēdāq3 ac defendendā cōstituti debēt subire onera reipublice mūdane. bona vero eccłiaꝝ q̄ sunt dei debēt deseruire reipublice sp̄ūali. Siłr videmus in p̄sonis. Nā milites seculares militāt mūdo. milites celestis militie militāt deo Et sic illi ī tpa libus isti in spiritualib⁹: vt in .c. Reprehēsibile. et .c. Quo ausu. xxiij. q. vlti. Equitas em̄ iuris diuini exigit vt queadmodū ipsi clerici sp̄ūali affectiōe nos parturiūt et regeneratione baptismatis exequūtur p ipsos Christū induimus p ipsos cōiungimur dei filio p ipsosq3 mēbra beati illius capi tis efficimur eternalr̄ cū ipso regnaturi. Sic ecōuerso tenent̄ et debēt secu lares. ipsos defendere clericos et vtilitates cōes suas et eoꝝ ꝓuidere. qa vt sup̄ ostēsum ē ad h̄ sunt ordinati Et sicut vt ait apł's. j. ad Corinth. xij. Omnia mēbra sunt vnū corp⁹ q̄ tn̄ mēbra diuersa hn̄t officia et qd̄lib3 in diget officio alterius. Et tunc quidē ē qd̄libet mēbrū pfectū cū pōt pficere suū opus ꝓpriū. Vnūqdq3 em̄ ē pfectū cū attingit ꝓpriā v̄tutē. vt ait phs vij. Phisicoꝝ Sic ē in corpore reipublice ꝙ sunt diuersa mēbra ꝓportio naliter habētia diuersa officia quorū tn̄ qd̄libet indiget officio alterius. et tūc ipsa ē in debito statu qn̄ neutrū vsurpat alterius officiū et qd̄libet ex er cet suū veraciter. Et si dicat̄ ꝙ ecclesia teneat̄ ad pia opa vt in .c. Aurū. xij. q. ij. S3 nulla maior pietas q̄3 defendere patriā et debiles paupes ab ho stibus vt in .c. Fortitudo. et .c. Non inferēda. xxiij. q. iij. Itē in limitib⁹ pa trie fortia obstacula et castra erigere. Hoc em̄ munus respicit pietatē vt euitentur incēdia et occurrat̄ periculis captiuoꝝ et multis malis g̃ tenet̄ ecclesia. respōdet Panor. in .c. Non minus de imuni. eccle. ꝙ hoc nō ob stat. quia vbi agit̄ directe de captiuis redimēdis vł paupibus alēdis. tūc ecclesia debet nedū subuenire. ꝫ etiā bona sua distribuere in .d.c. Aurū. xij. q. ij. Sed dicta officia licet sint pia et iustitie plena: vt dr̄ in .d.c. Fortitudo xxiij q. iij. Directe respiciūt rēpublicā mūdanā et p̄sonas seculares nō spi rituales ⁊ ecclesiā ergo nō tenet̄ ecclesia. Quid si bona laycoꝝ nō suppetāt

et imminens necessitas publica nullo modo sine subsidio ecclesie reuelari
possit. Respondet ꝙ in hoc casu recurrendū est ad papā vt disponit̄ in.c
Aduersus de imunitate ecclesie. Satis ergo clare manifestū ē ꝙ iminēte
necessitate clericorū et seculariū nō tenent̄ clerici aliqd cōferre nisi sponte
velint approbāte epo cū clero. et vbi seculariū nō suppetāt facultates. Et
hodie.p.d.c. Aduersus. nō pn̄t clerici in hijs cōtribuere nisi Romano pō
tifice prius cōsulto. Et q̄zdiu seculariū facultates suppetāt nō dn̄t ecclesie
aliqd elargiri. ne substrahant̄ bona vsui publico spūali deputata Hinc tex. i
cle. Quia cōtingit de re. domi. dicit ꝙ deputata certo vsui largitione fide
lium nō debēt deputari ad alium vsum auctoritate Romani pontificis
dūtarat excepta. Verū vbi tāta necessitas imineret ꝙ nō posset sine aliorū
scandalo et periculo haberi prius recursus ad papā dicit Panor. ꝙ suffi
ceret tunc deliberatio epi et clericoꝝ in ea dūtarat necessitate vel vtilitate
que cōcerneret de directo et principaliter vtilitatē ecclesiaꝝ et seculariū. vt
puta praua societas territoriū ciuitatis incendit deuastat cōsumit in quo
ecclesia habet multas possessiones. et tunc ecclesia deberet contribuere ꝫ
nō ad solā deliberationē seculariū. Vn̄ pōdera ꝙ cū ad hec onera. posses
siones nō sint obligate. sed collecta ē imponēda ꝑsonis contemplatione
rerū. Oportet ꝙ clerus et populus principaliter cōueniāt ⁊ deliberēt sup
hac exactione redimēda. nec totius populi deliberatio habebit obligare
clerū. nec ecōtra. cū em̄ agat̄ de vtilitate vtrorūq;. Oportet vtrorūq; con
sensum interuenire. q̄a qd̄ oēs tāgit debet ab omnibus cōprobari vt i cle.
j. de censi. et. c. Ad hoc. de offici archi. facit qd̄ in simili legit̄. et nō. in. c. Pa
storalis de rescrip. Et optime facit. c. fi. de ferijs. c. j. de censi. Vbi tex. in cō
cernētibus clerū et populū. etiā in actu cōcernēte animā reqrit cōsensum
vtriusq;. Dicit vlterius Panor. Fateor tn̄ ꝙ si clerus nō vellet sine legitia
causa ꝯsentire ꝙ populus poterit officiū superioris ecclesiastici iplorare
vt cōpellat clerū ad cōsentiendū et contribuendū ar. bonū. in. c. Nullus
de iurepa. Puto etiā. idē doctor dicit. ꝙ in hoc casu nō habebit locū dis
positio. c. Aduersus vt Romanus pōtifer prius cōsulat̄. q̄a hec impēsa
ē fienda nō solū ꝓpter vtilitatē publicā. ꝫ etiā ꝓpter vtilitatē priuatam bo
norum ecclesie et sic sumus extra casum illius. c. Aduersus. facit cle. j. et. ij.
de censi. Hec Panor. in. d. c. Non minus. Ex quibus iā patet ꝙ extra ca
sum prescriptū ecclesia vna cū viris ecclesiasticis nedū de iure canonico.
Verū etiā de iure ciuili ē exempta ab omnibus collectis extra ordinarijs
pedagijs. theloneis ⁊c̄. Sed quid de tributis ordinarijs reb⁹ perpetuo
annexis an ecclesia vel clerici teneant̄ ea soluere pro possessionibus extra

dotem ecclesie.eis collatis. Hanc questionē post alios doctores format
prefatus Panor.et eā decidit in.c.fi.de vi.et ho.cleri.et.c.j.de cēsibus.⁊ in
d.c.Non minus de immuni.eccle.q̄ ibidē videat. Nunc vero restat videre
An et ipsa ecclesia vel clerici regni huius Polonie in parte q̄ꝫ plurima de
vastati vna cum laycis ad p̄dictas exactiones extra ordinarias videlicet
sit obligata. Videt̄ em̄ ex supradictis ꝙ sit. Cū videmus ꝙ nedū laycoꝝ
bona verū etiā ipse ecclesie vna cū bonis earū p prauas societates vastāt̄
igneq̄ꝫ cōsumunt̄. Et qđ plus est incompabilis christi thesaurus eius p̄-
ciosissimo redemptus sanguine Ab misere et crudeliter tractatur quibus
vt occurrat̄ nature ius et diuinū astringit adeo ꝙ nemo excusari p̄t. ergo
nec ecclesia ar.c.Peruenit de immuni.eccle.Et.c.Dilecto de sentē. excō. li.
vj.Et.l.Nullus penitus.C.de cursu.publi.li.xij. Verū quidē hoc esse fa-
teor ꝙ vt predictis occurrat̄ succurraturq̄ꝫ calamitatib⁹ nature ius ⁊ di-
uinū ac etiā humanū nos cōpellat.nō tn̄ cōfuse sed quadā ordinis dispo
sitione et vnū magis q̄ꝫ aliū. Vt aūt hoc recte pcipi possit notandū est
Q̄ꝫ duo actus equidē necessarij adeo ꝙ nullo pacto diuini eq̄tate iuris
exigente preteriri possunt regno nostro incūbunt. Vnus quidē patrie de
fensionis alius captiuoꝝ reuocationis. Quoꝝ primus actuū directe:vt
supra dictū ē.rēpublicā respicit mundanā seculares dūtaxat afficiendo p̄-
sonas.tūc pōderatis iuribus et viso hoc regno Polonie nō minus viris
fortib⁹ q̄ꝫ tributis seu cēsibus ordinarijs ppetuo reb⁹ āneris. abundāte.
Dico nedū ecclesias.veꝝ etiā ceteros regnicolas ad extra ordinarias nō
teneri exactiōes.Quis em̄ nostrū ignoret h̄ regnū Polonie Baronib⁹ ⁊ p̄-
petuis reipub⁹ militib⁹ abūdare latisq̄ꝫ possessionib⁹ ac tribut̄ ꝓuētib⁹
ve ordinarijs eq̄dē copiosis affluere q̄bus vrbes ⁊ oppida i finib⁹ regni
sita q̄ꝫ munitissima reddi possint et defensio. Nec minus tormētis bali-
stis et scorpionib⁹ et alijs instrumētis bellicis q̄ꝫ muris cingi ⁊ inexpug.
bilib⁹ turrib⁹. Hac em̄ ratiōe regnū firmū et tutissimū efficeret̄ et ni nos
defuerimus amplū semp et q̄etū regnū habebim⁹. Quātū vero ad scdm
actū captiuorū videlicet reuocationis dico excusari posse neminē et ma-
xime reipublice rectores quoꝝ culpa captiuitates et damna regno illata
sunt. Non minus culpabiles censent̄ dominici gregis pastores in specu
latores cōstituti. Nā de eis dr̄ Si veniēte gladio nō insonuerit tuba neq̄ꝫ
significauerit. Et veniēs gladi⁹ accepit animā. illa q̄dē mortua erit ꝓpter
iniq̄tates suas sanguinē aūt eius de manu speculatoris req̄rā. Ezechielis
xxxiij. Hij etem̄ cernentes videntesq̄ꝫ culpas secularium rempublicam
male administrantium tuba sonare debebāt. et si necesse erat ecclesiastica

censura ferire. magnaqꝫ necessitate occurrēte tanqꝫ boni pastores etiam seipsos opponere exemplo Leonis pape. de quo habet. xxiij. q. viij. c. Igit Expedit enī reipublice maxime tempore inuasionis plures habere defensores. vt. ff. de noui. ope. nūci. l. Nam reipublice. Ex quo iā patet rñsio ad iura superius allegata videlicet ad. d. c. Peruenit. et. d. c. Dilecto. et ad. d. l. Nullus. que intelligi debent quādo imminet magna necessitas ita qꝫ sine clericorum iuuamine cōmode defensio fieri nō posset Et facit ad h. Quia quilibet. vt dicit Panor. in. d. c Peruenit. tenetur patriam suam defendere xxiij. q. viij. c. Omni timore. Presertim cum ipsius defensione protegātur orphani vidue et miserabiles persone. pro quibus et viri ecclesiastici dñt summope laborare. lxxxvij. distin. c. j. Item quilibet tenetur propulsare iniuriam inferendam proximo vt dr in. d. c. Dilecto de sen. excon. li. vj. et. xxiij q. iij. per totū. Fortius ergo debet propulsare iniuriam inferendā toti patrie. Ad idem allegari potest textus singularis. c. pe. de homici. vbi pbat qꝫ tpe inuasionis ciuitatis possunt clerici vna cum laycis etiā arma mouere et pugnare nec efficiuntur irregulares ex occisione aliorum nisi ipsi pprijs manibus occiderint. quātūcūqꝫ vulnerauerint. Ex quo patet qꝫ si sine clerici ope iniuria proximi nō possit propulsari. licet clerico aggredi proximi aggressorem et verberare ac etiam occidere si aliter iniuriam propulsare non potest et peccaret si id non faceret vt in. c. Maximianus et. c Qui potest. xxiij. q. iij. et hoc est qd dicit Seneca. vt iustus sis. non sufficit qꝫ innocens sis. sed vt innocentes ab iniuria serues. xxiij. q. v. c. Non ē innocentie Incurrit tñ occidendo irregularitatem vt nō. ea. q. viij. §. j. Et in summa. Nūqꝫ enī euitat quis irregularitatem occidendo vel mutilando nisi qñ aliter mortem ppriam euitare non potest vt in cle. Si furiosus de homici. Pro defensione ergo proximi incurrit irregularitatē sine aliquo pctō. Simile in iudice et in testibus et in notario ꝛc. exercentibus eorum officium in causa criminali. l. j. dist in. c. j. qui licent non peccent incurrunt tñ irregularitatem. Nec obstat. c. Clerici de vi. et ho. cleri. Ubi prohibet ne clerici ppria manu arripiant arma. quod intelligitur de armis offensibilibus. non autem defensibilibus. Possuut enī clerici: vt dictum est. ad defensionem sui et aliorum. si aliter iniuria propulsari non possit. etiam et pse arma assumere Sed ire ad bellandū ita qꝫ velint alios impugnare etiā si ageretur pro recuperatiōe terre sancte eis nequaqꝫ licet. quia clericatus reddit eos inhabiles ad pugnandum etiam cōtra infideles vt probatur ex. c. Ex multa. §. fi. de voto. et peccarent grauiter si hoc facerent. vt dicit Panor. in. d. c. Clerici. de vi. et ho. cle. qui ibidem de hac materia nō. ple-

nissime. adde. qd nō. idem Panor. in. c. Sententiam. Ne cle. vel mo. Attē
dendo etiam id dictum saluatoris inquientis. Dico autem vobis quia
templo maior est hic Mathei. xij. Et illud Hieronymi. Cur tot captiui
in captiuitatem ducti nec redempti ab hoste occisi melius fuerat. vt vasa
viuentium seruares qꝫ metallorum. Hijs non potes responsum referre.
quid em̄ dices timui ne templo dei ornatus deesset. respondet. Aurum sa-
cramenta non querunt neqꝫ auro placent. que auro non emuntur ornat⁹
sacrorum redemptio captiuorum est rc̄. xij. q. ij. c. Aurum habet ecclesia
Et id. c. Sicut omnino ea. q. dicendum est. et ecclesiam ad contribuēdum
teneri ad hunc actum videlicet captiuorum reuocationis prosequendū.
Sed cum tanta captiuorum multitudo redemi nequeat. et vniuersalis ec
clesie pax acquiri nisi id fiat per expugnationem infidelium. Igit̄ vniuersi
christifideles vnanimes benedictione seu cruce assumpta a Romanorū
pontifice exemplo dei saluatoris sui dispersas querant oues. et in vnum
ouile congregent. Quid em̄ in hominū vita magis necessariū cēseri debet
qꝫ. aut id maxime omnium sequi qd honestum sit. aut id omni ope atqꝫ
opera aspernari qd afferat secum aliquam turpitudinis feditatem. nō em̄
ad cibum ac potum: non ad prurientem corporis voluptatem. que ipsa
nobis cū pecudibus sunt cōmunia Sed ad decus dignitatēqꝫ nati sum⁹
icc irco nobis mens data est immortalis ac diuina vt imortalitati seruiē-
tes deo simus similes. et quo pacto propius ad deum accedimus ei nos
assimilando quā vestigia eius et exempla sequendo. Non frustra quippe di-
ctum est. exemplum dedi vobis. vt quemadmodū ego feci. ita et vos fa-
ciatis Joannis. xiij. Ita em̄ de iure dicendum videtur nobis saluo semꝑ
saniori iurisperitorum iudicio. quibus hoc totū presentis tractatus ne-
gocium cōmittendum consulo. Mos etem̄ est (vt refert. Bar. in tractatu
de reipub. regimine) regum et principum ceterorumqꝫ vniuersaliū dn̄oꝝ
rempub. regni aut alicuius ciuitatis reformare volentiū iurisperitos cō-
sulere vl' eis in solidum cōmittere. Et in hoc finit hic Tractatus ad laudē
gloriam et honorem ei qui palam in sacro euangelio Joannis. viij. c. Et
dicit et clamat Ego sum lux mundi qui sequitur me non ambulat in tene
bris sed habebit lumen vite. Hoc est domino nostro Jhesu christo sal-
uatori mundi qui est benedictus in secula seculorum Amen.

Pro hijs tamen omnibus sequit̃ nunc quedam cõpendiosa admonitio et concitatio ac prouocatio omnium fidelium Christianorũ Et specialiter Serenissimi regis Polonie. necnon omnium nobilissimorũ dominorũ et rectorũ regni prefati vt assurgant cõtra scismaticos vl' hereticos. ⁊ paganos

☞ Hec huius p̃ntis cõpendij contẽta Serenissime dñe rex. Hec ⁊ vos
oẽs et incliti et illustres dñi ac vniuersi regni Polonie rectores ex diuers
librorũ voluminib⁹ i vnũ collegi cõpendiũ. vt: regno reformato et in pri-
stinũ reposito statũ: accẽdatis aĩos v̾os et insurgat' i truculẽtissimos
christiani nois hostes. Nolite o preclarissimi dñi vel ociari vel pigritari
vos ꝯ eos erigere vos eis opponere. vestra sup eos acuere arma hucusq̃
vt fecistis. Nõ eñ vob inferẽt minora supplicia. et rex vestraꝝ nõ miores
cõcedẽt rapinas aut stupra minora añ oculos et filiaꝝ ⁊ vroꝝ vestraꝝ po
nent q̃ in ceteros christianos effecerint si eis vt hucusq̃ factũ ẽ locũ tyra
nisationis eoꝝ dederitis atq̃ triũphos. sine potẽti resistẽtia et obstaculo
pigritãtes cõcesseritis. Cur igit̃ in irã et furorẽ ꝯ hostes v̾os nõ ĩsurgitis
cur moramini vltionẽ christiane fidei ⁊ sanguinis christianoꝝ. Cur ocia-
mini cur pigritamini. cur eis obstacl'a. vt tenemini. nõ opponit'. Cur ve
stra sup eos. necesse vt ẽ nõ acuitis arma. Forte terret vos freq̃ns eoꝝ vi-
ctoria. An haud vos lateat qđ ait Tullius ĩ q̃sti. Tusculanis dicẽs Facile
ẽ vincẽ nõ repugnãtes. Et p̃serti diuia trãsgrediẽtes p̃cepta. Cõtra eñ ta-
les tãq̃ ꝯ feminas pugnãt. Nũc vo cũ veris christianis diuinis obediẽ-
tibus p̃ceptis. tãq̃ cũ vir' fortib⁹ q̃ et animosis. ipsis et cõferendũ ẽ ⁊ cõ
certandũ ac p̃liandũ Sz formidat' forte diuitias eoꝝ. signãter Moscoui-
tarũ vel Thurcoꝝ. imanes. Eya agite vos milites christi ille potius vos
accẽdãt. qm̃ iniuste eas detinẽt. ideo iuste a vob tãq̃ filijs et ver' christia-
nis possidebunt̃ illis auferẽdo. At forte multitudinẽ exercitus ⁊ appatus

coꝛ timentis. Sꝫ si hoc Athenienses aut Alexāder magnus timuissent. Neqꝫ Athenienses. infinitā classem potētissimi xersis deleuissent. neqꝫ Alexāder innumeras darij copias strauisset. aut Monarchiā eiꝰ potētissimā euasissꝫ. nō em̄ in multitudine ē victoꝛia belli. ſꝫ de celo ē et animi ꝟtute. sumptꝰ. inqs. deficiūt ānui. ſꝫ dabunt̄ ex hostiū p̄da Nā boni p̄ncipis ē sumptꝰ militibus dare p̄mo. deinde ad hostiū p̄dā allicere. aiosqꝫ accēdere. ſꝫ nō añ ea prede vacare qꝫ bellū sit cōfectū. Est ⁊ boni pꝛincipis p̄mis aggressoꝛibꝰ dona largiri capt̄ patrijs. Hijs artibꝰ Alexāder magnus. hijs artibꝰ Karolus magnꝰ inuictꝰ cesar chꝛistianissimus. hijs artibꝰ Thurcus ille q̄ Cōstantinopolitanū impiū ⁊ Grecoꝝ eccl̄ias regnaqꝫ ac ꝓuincias Thurcie subiugauit. Hijs artibꝰ m̄lti ⁊ ipatoꝛes et reges ⁊ p̄ncipes ac dn̄i triūphos optinuerūt ⁊ victoꝛias ⁊ ꝓuincias adepti sunt ac regna. hijs tādē artibꝰ et vos chꝛistianissimi dn̄i vos vr̄osqꝫ ditabit̄. aios militū accēdetis: capitales vr̄os aduersarios nō tm̄ territabitis. ſꝫ etiā victoꝛiosissime debellabitis et modic̄ sumptibꝰ expeditiones marias nō solū ꝑficiet̄. ſꝫ ⁊ gloꝛiosissime ꝑficiet̄. tm̄ sit animus. qꝛ deꝰ: q̄ pollicet̄ chꝛistianis victoꝛiā p̄ paganos ⁊ fidei nr̄e sup̄ petrā edificate aduersarios: vob p̄sto erit. Ad p̄mas tn̄ armigeꝝ expeditiōes debet̄ studiū omne et diligētiā i cogēdis pecunijs qꝫ marie adhibē. qm̄ pecunia ē neruus belli q̄ sine nullū bellū geri p̄t. Eā āt cōꝑabit̄ si regni totiꝰ cōsueta antiq̄tus dari t̄buta ꝓuētus ve ac cēsus vniuersi. Hac acri paupeꝝ spoliatiōe ommissa. i vnū fiscū publicū cōgregati fuerint. Hijsqꝫ baronibꝰ ⁊ nobilibꝰ: q̄ ad bellū exiuerit nō ꝑ vim ſꝫ quodā insticctu naturali coacti: viceuersa distribuēdi. Ceteri ꝟo reipub. milites et q̄qꝫ tales. aut ꝓpter senectā aut moꝛt̄ timoꝛē bellū gerere nō valētes. domi potiꝰ manēdo ꝓ republica etiā de suis ꝓpꝛijs cōtribuāt p̄dijs accedāt ad hec et thesauri iacētes. et vt sit ad vnū dicē vl̄iter cūcti regcole q̄dā naturalis seu diuini eq̄tate iur̄ adequēt̄. ita q̄ et q̄ i aliū aliq̄d statuit vtat̄ eodē. Nā sapiētis dictat auctoꝛitas patere legē quā tu ipse tuler̄. Et q̄d oēs tāgit ab oībꝰ appꝛobari debꝫ. Dāda ḡ erit oꝑa vt inq̄t Tullius: vt oēs itelligāt si salui eē velint necessitati eē parēdū. atꝫ etiā oēs q̄ rēpublicā gubernabūt cōsulere debebūt. vt eaꝝ reꝝ copia sit q̄ sunt necessarie ⁊c̄. At cū et res āmittit̄ ⁊ vita sine cuiusqꝫ alteriꝰ vtilitate qꝫ ipsius oppssoꝛ̄. sine vllius detrimēto alteriꝰ qꝫ oppssi. Enitēdū ē omni via vt occurrat̄ succurraturqꝫ calamitati. volucribꝰ natura dedit rostra leuissimosqꝫ iterdū aculeos. quosdā q̄bꝰ diffugerēt q̄ cuperint eis obesse. vt id generis cōs̄naret illesum. Videte qꝫ sit existimādū nob diligētius cōsuluisse q̄ hoies sumus ratiōe muniti. Qꝛ si cūctoꝝ natura ē cōseruatrix hoim. multo magis q̄ et sibi esse dn̄t et reliq̄s adiumēto atqꝫ decoꝛi. Nihil ḡ nobis negligat̄ q̄d ad nostrā possit ꝑtinere tutelā. qm̄ nequimus in pace viuere. En sentimus

tam terrā. Podolie. Russie. Lythuanie. Sandomirie. Lublineñ. ceterasqꝫ
terras nostras depopulari enseqꝫ crudeli ac igne deleri pulsari fores ꝯcuti
irrūpi nec excitamur nec vrgemur nec īpellimur vt nobis saltē ipis poste
risqꝫ nr̄is cōsulamus. Quis nos tātus vel sopor vel stupor inuasit. vt q̄si
mētis atqꝫ sensus inopes vidētes. sciētesqꝫ. perire(qꝫ ī tā facili tā illustri tā
ampla cōducibiliqꝫ victoria. et nostrā vlcisci et summi dei iniuriā) mali
mus. Qꝫ si āt honestū ē ob cōes hoīm vtilitates nullos labores. nll'a pe
ricula fugē. quāto honestius et p̄clarius homi ꝯuenit id facē nō ꝓpter ho
mines solū. ſ ꝓpter deū ꝓpter saluatorē nr̄m Ihm christū q̄ nullo officio
ꝓuocatꝰ vltro se nr̄i cā dedidit. Sintqꝫ etiā in exēplū Abraā ⁊ Moyses.
quoꝝ ille vt esset apud deū gloriosus filiū suū imolare nō dedignatꝰ ē. At
Moyses vt in suos bn̄ficētia vterec̄ contēpta omni mūdana gloria cum
maiori vtilioriqꝫ populo p̄fici posset. supplici p̄ce a deo pecijt vt seip̄m
potius q̄ꝫ iudaicū populū interimeret. Nōne nobis potius ꝯptandū est
si sit opus nosipsos morti tradere ꝓ salute ppl'i christiani fadiu m.ltūqꝫ
flagellati atqꝫ cōtriti. Imitati nō apl'os solū reliquosqꝫ martyres. ſ cristū
ip̄m Ihm q̄ cū deꝰ esset et summi dei filiꝰ ꝓ salute humani gener̄ mortē
suā hoīm morti p̄tulit. An sumus ignari saluū fieri posse neminē. nisi qui
crucē ferat quā ip̄e tulerit. Cur igit̄ nobis difficultatē ponimus laborēqꝫ
subire nolumus ꝓ patria nr̄a et fide christiana bellaturi id etem̄ bellū ne
cessariū ē vt nll'o pacto p̄termitti q̄at. Agite igit̄ christo duce ac ꝓpugnatore
o Poloni. Huic bello tā necessario tā honesto tā glorioso ꝓ vr̄a pietate
vel bn̄ficētia mentē oēm animūqꝫ intēdite. Nolite vosipsos negligere et
ꝓ vestra iustitia eos inultos pati quos vel tueri debeat̄ vel ornare Si q̄
dem et Greci ꝓpter Helenā vnā solā p̄sonā Troiā. circa eā decennio iacē
tes euerterunt. Quid ergo nos Poloni dicemus. a quibus non vna ab
ducitur persona enseqꝫ crudeli secat̄. Sed mille milia Ob miserā ob execra
bilem et segniciē et incuriā nostrā ob priuatorum causa rempublicā po
stergātes et eā ad nihilū redigētes. Heu heu libet flere libet clamare. iam
em̄ in extrema deuenimus mala. Cernat vnusquisqꝫ q̄ꝫ nudus nihil secū
afferens. egressus est. Nudusqꝫ nihil secum deferens regredietur. Omnia
ergo quecūqꝫ habemus nostra non sunt ꝓpria. que profecto necessitatis
tpe esse debēt cōmunia et ꝓ republica exponēda. Et nō tm̄ quidē et illis ſ
et ꝓprie vite si sit necesse minime est parcendū. Cernite queso quid Gre
corum factum est imperio alijsqꝫ regnis. et opibus et diuicijs copiosis
simis equidem affluentibus p Thurcū iā occupatis Cernite quid factū
ē terre Russie q̄d terre Podolie. quaꝝ et nobiles ⁊ ꝓceres ducibꝰ se equa
bant. Cur ḡ et vos dormitis. cur nō euigiletis. Sintqꝫ iam omnia vobis
armorum genera procurāda ne etiam pereatis. Adhibite vobis ⁊ vires

et vim et arma potius quã et rẽ priuemini et vita. Vigilate qđ viri pstã-
tissimi die noctuq̧ cogitãtes summa vigilãtia curetis vt iniurijs. odijs.
discordijs. ac simultatibꝰ ommissis tãta essetis amoris charitate p̄iũcti.
vt ex oĩbus vobis tã validissimus fieret exercitꝰ. q̄ vos maxia potẽtia in-
fidas gẽtes atq̧ barbarias oppugnare possetis. Vosq̧ qđ excitate. cõ-
parate vt reliqs christianis dignitate p̄statis et glĩa. Ita vob omni ope
atq̧ opa studendũ ẽ. vt absolutissima v̄tute his omnibꝰ et vera glĩa sitis
eq̃les. vicistis Prutenos recupastis patriã et pulchrũ id certe fuit et lau-
dabile. Iustitie em̃ munus ĩ vosipsos in posterosq̧ vr̃os cõtulistis Vex
christiani aduersus christianos arma sumpsistis Sȝ quãto pulcrius et
gloriosius erit si id feceritĩ in Thartaros gẽtes Machometicas ⁊ Mos-
couitas ac Valachos hereticos pessimos a q̄bus nõ vr̃a solũ. ꝫ ⁊ christi
patria ĩ parte quã plurima spoliati sumus et ĩdies spoliamur. Heu nos
miseros atȝ ĩfelices Polonos si tot v̄beribꝰ tot cruciatibꝰ terrarq̧ nr̃aꝝ
vastationibꝰ admoniti respicere ĩ viãq̧ redire neglexerimus q̄ nob spes
reliq̃ sit futura. si b̄n̄ficijs etiã ꝓuocati diuinã misericordiã benignitatẽq̧
cõtẽnamus. Est igiť vel sapiẽtie vel officij vr̃i. O Poloni condã inuictis-
simi. vt vel vltionis. in christi ⁊ vestros inimicos vel g̃titudinis erga deũ
ratione ducti. ensem quẽ tãdiu ac multũ ĩ christianas acies nõ iniuria di-
strinxistis eũ in sceleratissimos christi hostes sic et acuatis ⁊ extẽdatĩ. vt
nõ solũ posteri vestri ac reliq̃ christiani vobis sint gr̃as acturi. ꝫ deꝰ etiã
ipse vestra g̃titudine delectatus sempiterna gloria vos ãplificet. q̄ etiã va-
rijs supplicijs insectať ingratos suoꝝ videlicet p̄ceptoꝝ p̄uaricatores id
qđ in nos priuatorum solum curatores et in alios per multos ostendit.
Que autem vtilitas est in opum ostentationem vel emulationem quod
deo ĩmortali nõ paꝝ displicere videť. tot vos pecuniãs in possessionibus
emẽdis et ĩ hijs indies ãplissimis edificijs edificãdis impẽdere. Que ne-
cessitas p̄terea vos etiã cõpulit tot pecunias ĩ vestes p̄ciosissimas et ge-
nerũ diuersoꝝ impẽdere. Quid multa et varia domestica ornamẽta ꝓferã
Quid exq̄sitas epulas delicatissimas atȝ sumptuosas et cetera talia. q̄ pa-
gani abhorrẽt. Hoc p̄cipue regnũ vestrũ pecunijs plurimũ exhausit: ꝫ
vos ad pacẽ eo marie tp̄e quo bellũ acriter gerendũ esset sepissime ꝓpulit
Hoc etiã vos quãtũ et sapiẽtia et prudẽtia belli tp̄e valeatis vetat. Nã si
vobis pecunia quã p̄uatim inter se distraxistis et ĩ possessionibꝰ edificijs
vestibꝰ varijs et p̄ciosis et ceteris vanitatibꝰ absumpsistis ĩ publico ex-
taret. maior orbis pars vr̃o inclito pareret impio. Ignoratis ne illud an-
tiquoꝝ p̄uerbiũ domũ vestes et cetera talia ad vsus necessitatẽ. nõ ad ho-
norẽ et famã habẽda esse. Imperiũ aũt amplũ ad imortalẽ ⁊ ppetuã glo-
riã et famã. Dũ vobis sapiẽtissimis viris ĩ paucis p̄uati cõtentari placuit

ꝑut decet hoīem et christianū maxime. plurimū vestrū ꝓpagastis imperiū. Opulētissimū vestrū regnū pecunijs abūdabat. adeo vt sꝑ q̄si scaturire viderēt militū armigeri plus q̄ȝ hodie ipsi dn̄i pecuniaꝝ habebāt quāobrē ea tēpestate oēs fere milites. q̄ sb victricibꝰ insignibꝰ regni vestri stipēdia merebāt. nobiles erāt. Vn̄ nihil magis quā dedecus ī bello timebāt. Malebāt em̄ mori quā hostibꝰ terga dare. Ob idq̄ȝ victores euadebāt vrbes et opida munitissima expugnabāt et regna āplissima ī felicē ditionē vestrā redigebāt. q̄ tēpestate tot vobis strenuissimi militū ductores erāt. vt eoꝝ q̄sq̄ȝ. si nūc vitā ageret. optimꝰ esset ornatissimi exercitꝰ vr̄i pn̄cipes. Sȝ qd referā quāti mulieꝝ vestraꝝ monilia torques et cetera ornamēta cōstāt. Nōne loculos vr̄os pecunijs penitꝰ spoliāt Quot pecunias in emēdis lapillis ꝑciosis et margaritis. ⁊ ornatissimis vestibꝰ quotidie ꝓfundītis. Hijs ne bella gerunt an auro et argēto. Profecto strenui milites vr̄i neq̄ȝ lapillis ꝑciosis neq̄ȝ margaritis magnanimos equos aut pulcerrima arma emere. aut suā famlīs mercedē ꝑstare poterūt. neq̄ȝ hijs vestraꝝ mulieꝝ ornamētis commeatū et cetera ad victū necessaria sibi. eq̄s. armigeris suppeditare poterūt. Verū si pudicissimas matronas vr̄as ornare vob ī animo ē monilia aurea illis coemite et deniq̄ȝ q̄cq̄d ornamēti habetis aurū vel argētū sit qd facile ī monetā necessitatis tpe sine magno dispēdio cōflari possit. Hoc em̄ pacto semꝑ auro et argēto regnū abūdabit. Postremo h̄ pectoribꝰ vestris affigite vt ex vobis clarissimis virꝫ ducem exercituū (nō affinitate. nō diuitiaꝝ gr̄a. nō amicicia moti ſȝ imperij amore quo hūano ī genere ardētius nihil. nihil suauius. nihil dulcius ē. nihilq̄ȝ magis hoīes extremū q̄dq̄ȝ etiā ꝑiculū subire cōpellat) deligatꝫ. Debetis em̄. inq̄ȝ: viꝝ acri ingenio. et robusto corꝑe ꝑstantē deligere. q̄q̄ȝ magis bello q̄ȝ toge aptꝰ videat. necnō et q̄ vobis maxia etiā exꝑigētia ⁊ vsu notus sit quātū bello valeat quātūq̄ȝ ī ꝑiculis firmus sit et prudēs. Nā ratio ⁊ cōsiliū cū oībꝰ in rebꝰ plurimū valet tn̄ in bello gerēdo maxie. Qui em̄ rei militaris et iperij sit ignarus recte agere nihil pōt neq̄ȝ pugnando neq̄ȝ imꝑando. Est igiṫ vobis maxie aduertendū quē ducē exercitꝰ vr̄i deligatis. Nā q̄lis dux talis et exercitꝰ erit. Deniq̄ȝ tales duces exercitus vr̄i deligite q̄ splēdorē et patrie decus diuitijs oībus sꝑ ꝑtulere Et vob certū dedere exēplū q̄ȝ fugienda sit auaricia quā q̄ sequunṫ eoꝝ corpꝰ animusq̄ȝ virilis effeminaṫ. Ideo nullus auaricie obnoxius dignus vnq̄ȝ imꝑio habebiṫ. Et ꝑfecto si oēs bone artes in exercitus vestri duce essent. illas tn̄ oēs auaricia corrūperet. Omne em̄ ꝑiculū spe lucri strenuissimus ille exercitus vester sbiret. q̄ carebit si ducē auaꝝ nactꝰ fuerit. Summe igiṫ liberalitas necessaria ē optimo in principe et duce exercituū. q̄ si caruerit eū parere potius quā imꝑare decēs et cōsentaneū erit. Sed vt verius ⁊ clarius

dicat̃ vllus vnq̃ꝫ sine liberalitate. et marima quidem optimus vel bonus
saltē princeps erit. vel habet̃. Quis em̄ miles vel alteri⁹ militaris dignita-
tis vir illū ducē exercituū et amabit et colet. quē marie detestabiliqꝫ auari-
cie. nulla neqꝫ honoris neqꝫ summe dignitat̃ sue. ratiōe habita. obnoxiū
cognoscet. cū milites nō liberales tm̄ ꝫ ꝓdigi. oēs fere sint. Quāobrē po-
terit ne in tā dispari natura vllus verus amor vlla obediētia. vel militaris
reuerētia esse. carebūt spe pecuniarū illa q̃ oēs fere ad militandū. haud dif-
ficile ducunt̃. Marime aūt hac tēpestate. qua pauci admodū milites di-
uites sūt. Omnes em̄ mercenarij sunt et pene inopia laborāt qua ex re pe-
cuniarꝫ magis q̄ꝫ honoris spe fere oēs ad militandū cōpellunt̃ nōne mili-
tes hec iter se quotidie colloquent̃. Quid nobis vrbē munitissimā vł op-
pidū. gentē ve aliquā expugnare et ꝓsternere ꝓderit. et tot ex nobis ingē-
tibus etiā vulnerib⁹ cōfici cū capta vrbe vel oppido vel gēte sanguine nr̄o
ꝑda auarissimi p̄ncipis nostri futura sit. volumus ne cū vulnerib⁹ et san-
guine nr̄o ditare quē eius ob auariciā odimus et aspernamur. Hijs et
alijs hmōi v̄bis seinuicē milites ab acri pugna facile dehortant̃. qđ q̄dē ꝛ
principi dedecori reipublice aūt maximo dāno erit. Nā hostib⁹ idies vires
magis magisqꝫ crescēt cū ignauū exercitū videbunt. Preterea haud nos
latet quāto in discrimine. quāta in anxietate cōtinuo v̄set̃ illud regnū. cui⁹
exercit⁹ dux aut rectores reipublice execrabili auaricia obruant̃. Omitto
q̄ꝫ nullus miles equos arma viros idoneos ad ꝑliū cū hostib⁹ acriter in-
eundē vnq̃ꝫ habebit. si auarū ducē nact⁹ fuerit. Preterea optimi p̄ncipis
debet esse vera fides et firma spes. et pia supplicatio ad deū exēplo Moysi
Josue Dauid ꝛc̃. quia de celo victoria ē a rege regum. Nō minori etiam
cura. omni virtute prestātes prefectos preficere aciebus debetis vt iussa
ducis summa celeritate et prudentia perficiant. Nam quid prodesset
strenuo duci omnibus et quā diligentissime quidem prospicere si prefecti
aciebus ignaui. et nullius consilij homines essent. Non em̄ dux illis aut
fortitudinem aut prudētiam verbis suis prestare potuerit quamobrem
vos quibus eos deligere cura est summa ope nitimini. vt omni virtute
et integritate viros prefectos deligatis. Et deniqꝫ tales in quibus nulla
neqꝫ animi neqꝫ corporis virtus desideretur. Preterea quoniam parū
prodesset et prefectos et duces strenuissimos esse si ceteri milites nul-
lius roboris essent. pro virili parte vobis nitendum est quibus hui-
usmodi delatum est negociū viros quā strenuissimos deligere. quiqꝫ
potius corpore q̄ꝫ ingenio valeant. Habebitis autem et duces et pre-
fectos omni virtute ornatos et milites magno corporis robore pre-
stantes si singulis temporibus ad hoc deputatis stipendium suū illis
prestabitis. Qꝫ si cessabitis a mercedis solutione cuius gratia milites

oēs marie hac tēpestate etiā fere intolerabiles labores patiunt̃. cessabunt
et ipsi a p̄iculis vos odio et quadā maliuolētia ꝓsequent̃ Et ipsimet qdē
in viles fures et p̄dones cōuertent̃. quoꝝ vos v̄ra occasio p̄ticipes efficiet
Dux āt exercituū cū se exercitū imbellē īornatū et omni deniq̃ȝ re militari
auaricia vestra carentē ducē videbit. aut rei indignatione mot⁹ a vob̄ re-
cedet. aut se q̄eti et ocio tradet tūc vos neq̃ȝ suscipe neq̃ȝ alteri bella inferre
aut iniuriā illatā cōmode repellere poteritis Magnā hostib⁹ v̄ris quoꝝ
innumerabilē copiā habetis. occasionē vob̄ bellū inferēdi p̄stabit̃. Nec
nō ꝑspicere debebitis vt pecunia equa lance iter milites v̄ros distribuat̃
et sepius recēseant̃. Nā hac ratione liq̄do cog̊sci poterit an oībus. q̄ mili
tie p̄ueniūt. instructi sint sil'si hijs caruerint p̄solut̃ stipēdijs aut dimitti
aut obiurgari vehemēter poterūt Stipēdiū igit̃ vt dictū ē et p̄ncipi exer-
cituū et vniuerso exercitui vestro singulis tp̄ib⁹ ad h̄ deputatis sine q̄uis
dilatione ip̄edere debebitis. Et si secus hodie a vobis fiat cū vix stipēdij
sui dimidiū milites habeāt q̄ ex re fit vt hodie paruū et illū quidē imbellē
exercitū habeatis. Nā sapiētissimus q̄sq̃ȝ illius militie et strenuissim⁹. ad
eos p̄tēdit. a q̄bus suoꝝ laboꝝ meliorē mercedē reportatuꝝ se sperat Vn̄
p̄culdubio fit vt si vobis hodie sex milia militū in expeditionē ducē op⁹
esset. ꝑfecto priusq̃ȝ expedita essent sex p̄terijssent quartalia annoꝝ et vltra
Hoc plane neq̃ȝ honorificū neq̃ȝ vtile ē regni v̄ri maiestati. Nā belli illā q̄
dem imortalē penes oēs pp̄los et nationes famā vobis feliciter cōpara-
stis. si illā retinere vultis ijsdē artib⁹ nitēdū ē vobis. q̄bus illā acq̄siuistis
Nā etiā impia. nedū fama facile ijsdē artib⁹ retinent̃ q̄bus ab inicio parta
sunt. Nitimini ḡ quā robustissimū et ornatissimū sp̄ exercitū h̄re. Nam
oīm christianoꝝ et q̄ fidei nr̄e aduersant̃ oculi ī vos tm̄ cōuertent̃. vos ad
mirabunt̃ et ī societatē vestrā admitti summū sibi bonū ducēt tūc maxio
amicis p̄sidio et hostib⁹ excidio et terrori esse poteritis. laborātib⁹ et in-
iuria oppressis et lacessitis opē et auxiliū ferre piū vobis et decoꝝ erit Et
christus deus semp̄ ceptis v̄ris aderit. vos ab oīm iniurijs tuebit̃. regnū
vestrū et fama indies augescet. In manu v̄ra erit fidei nostre hostes et p̄-
dere et fuare. Omnes em̄ christianoꝝ p̄ncipes vobis auxiliū et opē ferent
Beneficij loco sibi ducēt potētissime reipub. v̄re ḡtificari cū vos tm̄ va-
lere viderint Preterea mlt̄a alia et bona et ornamēta q̄ vob̄ p̄tingēt. si for-
tissimū exercitū habueritis q̄d disponat ⁊ ordinet de⁹ trinus in p̄sonis ⁊
vnus in essentia qui ē benedictus in secula seculorū. AMEN

De natura Iuriū et bonoꝝ Regis. et de reformatione
regni ⁊c̃. Finit tractatus quem in lucem edidit
Stanislaus Zaborowskij. R. Polonie
thesauri Notarius.

Incipit Repertorium seu tabula declaratoria contentorum in presenti tractatu

De A

Administratores regni qui dicũtur. ij.parte.§.iiij.
Adulteri regnum dei non posside-bunt. eadem parte.§.iij.
Adulterij crimine damnatur quicq̃d commissum fuerit extra matrimonium. Ibidem
Ad regnum celorum via que sit. vltima parte.§.v.
Afflictio populi dicitur podagra rectoris. ij.parte.§.iij
Alienãs cõtra iura ipse idem potest reuocare. iij.parte.§.x
Aliena res necessario est restituenda vlti.parte.§.j
Aliena res fructifera cum fructibus ẽ restituenda. vlti.pte.§.ij.et.iij
Alienari probibita impignorari etiã probibentur. iij.parte.§.vij.
Ambiciosi non sunt promouendi. ij.parte.§.viij.et.ix.et.x.
Ambicio ẽ g̃ue pctm̃. Ibidem
Anima quare est iuncta corpori. e.parte.§.iij
Anima auari vel ambiciosi quare saciari non potest. ij.pte.§.ix
Arma clericoꝶ q̃ sunt iij.pte.§.viij
Artes litterrarum rex non ꝓmouẽs dr̃ tyrannus. ij.pte.§.viij.
Auctoritas superioris requiritur in alienationibus bonorum feuda-lium. ea.parte.§.iiij.
Aureum seculũ qd̃ dicebatur. eadem parte.§.viij
Auarus non est verus christianus. sed ydolatra quia auaricia est ydolorum seruitus ea.parte.§.iij

De B

Bella q̃re deus ꝑmittit. ij.pte.§iij.
Bella seu certamina anime que sunt Ibidem
Bellare clericis an liceat iij.parte.§ viij.et vlti.parte.§.vj
Beneficia qualiter et quibus sunt cõferenda. ij.parte §.viij.et.ix.et.x
Beneficium curatum habere est periculosissimũ. e.par.§ ix.et.xiij
Bñficiũ an liceat petere ij.pte.§.ix
Birgitta sancta quid dicit de regno. j.parte.§.iij
Boni quare aliquando in presenti affliguntur ij.parte.§.iij
Bona opera peccatum mortificat. Ibidem
Bona alienari probibita an p̃scribi possunt. 3.parte.1 2 3 4 5.et 6.§
Bona ecclesijs quare data sunt. iij. parte.§.ix. et parte vltima.§.etiã vltimo
Bona ecclesiasticis surripientes qd̃ peccatũ incurrunt. iij.pte.§ ix
Bona clericorum sunt exempta ab extra ordinarijs exactionibus vlti.

De D

De E

De I

De L

De M

De R

De T

De V

LAVS.DEO

Impressum Cracouie.feria scda ante natiuitatis Marie.

Anno domini
1507

☞ Hoc correctorio inspecto qlibet facillime pōt ad vnguē opus suū castigare. In quo primū cōsiderandū est q̄ primus ordo continet in se dictiones depravatas· Scd̄s vero correctas. In tercio autē ordine ponit̄ littera que denotat quaternū.et numerus sequēs numer̄ folior̄. In q̄rto autē ordine ponitur latus folij vbi si subdit̄.j.hoc mō denotat primū latus.et si.ij.denotat scd̄m latus folij.et postea subditur regula(que vulgo dicitur riga)cum numero suo nōnunq̄ a principio nonnūq̄ a fine computando in qua defectus est.

Falsum	Correctū	Numer⁹ fo.	Later̄.	Regularum
Quiuis	Quāuis.	A iij	j	xj. a p̄nci.cōpu.
Procreandi	Procreād̄e	B j	j	vij. a fi.ↄputād̄o
Clarissimi.	Charissimi	B j	ij	xiij. a principio
Dominū	Domini	B ij	ij	viij. a p̄nci com.
l. Impialis.	c. Impialis.	B iiij	j	xix a prin.com.
Et spūalis	Vel spūalis	C j	j	vij. a principio.
Sic ī corpe.	Sic ī corpe	C j	ij	xvj a principio.
Idones.	Idoneos	C iij	ij	vj. a fine com.
Recogitāte	Recogitate	C iiij	ij	xiij. a fine
Qui voluit	Quia voluit	C iiij	ij	xiij a fine
Metiant	Metiantur.	C v	j	iij. a fine
Allenarētur	Alleuarētur	C v	ij	xv a fi.ↄputād̄o
Euigenium	Eugenium	C vij	ij	j a fi.
Haberetur	Habetur	D j	j	x a fine
Seteneat	Si teneat	E j	j	j a principio
Vestra.	Vestigia	G iij	j	xij a fine cō.

Iura.tiū.bus.gramaticorū ars format. vsus vero Iuristar̄ confirmat.

y. VI.